VEGETII

RENATI ARTIS VETERINA-
RIAE, SIVE MVLOMEDI-
cinæ libri quatuor, iam primum
*typis in lucem æditi. Opus sane in rebus
medicis minime aspernandum.*

BASILEAE

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI FERdinando Regi Hũgariæ, Bohemiæ &ç.

Transuexerat olim, Ferdinande Regum serenißime, ad nos D. Heremannus Inclytus à Neuenare Comes, Vegetij Renati artem Veterinariam, ut eam doctißimorum uirorum auxilio, à mendis, quibus scatebat, expurgaremus, & typis excussam æderemus in publicũ. Sed cũ exemplaris infinita deprauatione desperantes ab incœpto negotio deterriti fuissemus, codicemq́; illum peruetustum rursum ablegassemus, instigauit ad desperatũ munus redeundũ, q̃ tuæ Serenitatis nomini opus hoc dedicãdũ asserebat, nimirũ ut cui nõ ingloriosum esset, et egregios, et ualidos equos habere etiã ꝑmultos, quos hic author & à peste præseruari, & iam ægrotantes sanari nõ incommode perdocuit. Verũ etsi non integre natiuo nitori me redditurũ confiderẽ, sperabam tamẽ me & Cels. tuæ rẽ gratã, & posteris ansam id studij diligentius ꝑquirẽdi præbiturũ. Habeant itaq; ꝑ Serenitatẽ tuã et cæteri, Vegetiũ hũc, nostro labore à uitijs, ꝑpemodũ infinitis expurgatũ. quãq̃ sint pleraq;, quæ abs ꝑ ἀυτογράφῳ restitui posse nõ crederẽ, quæ, ubi uisum fuerat, uel obelo, uel asterisco, uel alia quadã notula cõsignauimus. Nonnulla, licet immutatis uel uerbis uel uerborum ordine, sententias tamen plenas, & intellectu faciles insinuare comperimus, quæ lectoris iudicio immutanda uel corrigenda reliquimus. mei enim candoris non esse censebam si mea alienis ingererẽ. Quædam etiam morborum, simul & herbarũ, remediorúmue uocabula licet immutanda cognosceremus, constãs tamen exemplariorum consensus, ne q̃cq̃ immutaremus prohibuit. nã ita fortaßis scriptũ ab authore nõ uulgares neque ineruditi persuadebant amici. quod eo facilius effecerant, & q̃ nõ ignorem Antonij Codri de hoc authore iudiciũ, & q̃ sciam apud plerosq; medicos permulta esse uel corruptißima. Quædam etiam cũ uel uariarent exemplaria, uel abundare uiderentur, aut etiam uel parum, uel nihil ad sententiã facerent, parenthesi interdum cinximus. De his Serenitatem tuam admonendam duximus. Precantes nostrum hunc laborem (qui certe quantus fuerit, nemo facile crediderit) hilari fronte suscipere nõ dedignetur. Vale felix.

S. M. T.

Obsequentißimus Ioannes Faber Emmeus Iuliacensis Typographus. Basileæ.

SERENISSIMO

AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI D. FERdinando, Regi Hungariæ, Bohemiæq́; Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, &ç. Domino ſuo Clementiſſimo.

INter tot, tamq́; uarios & ancipites fortunæ caſus, quos infracto huc uſq́; animo ſuperaſti, Ferdinande Rex Sereniſs. illud merito in te miramur omnes, quod in ea ætate cōſtitutus, ita animum inſtitueris, ut neq́; in rebus proſperis audaciæ, neq́; in aduerſis timiditati unquam indulſeris. Nam tot iam partis abs te triumphis, nihil immoderate, nihil arroganter egiſſe uiſus es. Sed ne in ipſo quidem bellico furore mentē tuā paſſus es à recta ratione dimoueri, quod heu nimiū multis contigit, alioqui laudatiſſimis uiris, magno ſuo, ſuorumq́; malo. Alios non paucos bellum ipſum exitialis rerū humanarū peſtis, inhumanitatē, feritatem, et crudelitatem docet, Tu contra in ipſis bellorū tumultibus manſuetior, in militia reddi cultior uideris. Quā rem maiore etiam admiratione dignā facit Celſitudinis atq́; dignitatis tuæ conſyderatio. Tu quippe citra omnē controuerſiā poſt Cæſareū numē ſecundū in rebus humanis obtines locū. Quē qdē ita & magnanimitate & gratia tueris, ut nemo uideri poſſit eo obtinēdo dignior. Intellexerūt hoc Bohemi & Hūgari, qbus nec uiſus antea, nec plene cognitus inter tot undiq́; cōpetitores digniſſimus es iudicatus, q utriuſq́; regni gubernacula ſuſcipes, Mirātur multi Cn. Pōpeiū, q Mithridatē regem. 70. regnorū cū tota ferè Aſia, natura imbelli; Mariū, q Cymbroū colluuiē: Cæſarē, q Gallos agreſtes tunc hoīes bello ſuparint. Te adhuc puero Sueuorū gens, quorū uires ipſis aliqñ Romanis formidabiles erāt, tuo. i. Auſtriæ Imperio acceſſit, idq́; feliciſſimo quodā

auſpicio,uidelicet ut ex tam auſpicato exordio Regni tui, homines intelligerent,ipſos aliquando, ditionis tuæ termi nos longe lateꝙ propagandos eſſe. Venetos gentem to tius Italiæ florentiſſimam, ad conditiones acceptandas ſo la nominis tui auctoritate compuliſti,receptis oppidis ali quot,quæ Maximiliano Cæſari,iniuſte ablata,iure debe bantur. Acceſſerunt etiam finibus tuis pars lacus Benaci, necnon alpium,ac forisiulij loca quedã per Venetos iam dudum uiolẽter occupata. Heluetios multo iam tempore graues illis,quos eo in tractu tibi habes ſubditos,facile cõ tines tua auctoritate, Satius iudicantes, quietem agere, quàm quicquam quod tu uiolari nolis, attingere. Vn garicum bellum, quod prædonis illius Reguli inuidia ex arſerat reſtrinxiſti, ut prius quã copiæ tuæ, ditionis illius fines attigiſſe crederentur, ille iam toto regno pulſus exula ret. Sunt hæc quidẽ argumẽta ſummæ fortitudinis & pru dentiæ, maioris etiam felicitatis tuæ. An nõ uidemus hoc agere deum ꝙ ut Cæſarea maieſtas ac tua Celſitudo tãtum emineant poteſtate,quantum modeſtia & bonitate excel litis. Amiſit nuper Germania decus et ornamentũ ſuum, Diuum Maximilianum Auum ueſtrũ, Cuius in re belli ca non inferior Scipione, uirtus atq; induſtria habebatur: Amiſerat ante Philippum patrem, adeo amabilem & cha rum omnibus mortalibus, ut pulcherrimum Titi & Ve ſpaſiani elogium illi iure competierit, Deliciæ generis hu mani;ſed deus qui nunquam deeſt rebus humanis, quan to cum fœnore, quod periiſſe uidebatur, reſarciuit, ex citans nimirũ duo ornamenta, duo humani generis præ ſidia,quorum auſpicio, boni ad excolendas uirtutes accen dantur, mali uero benefacere diſcant. Sed hæc epiſtolaris non cõprehendit anguſtia: celebrabunt ea,quibus & plus otij & ingenij erit. Aperuiſti tu uel ſolus campum paten tiſſimum,ubi & ingenium & eloquentiam exerceant om

nes.

nes eruditi. Sane iniquum fuerit, nos ita suspicere antiquitatem, ut nostra, cum non sint inferiora, contemnamus. Ego, ne inter aulicos tuos, solus nihil agere uidear, chartaceum munusculum tuæ offero Serenitati, Vegetij inquã Renati, eius qui de re militari libellum cõscripsit, artis Veterinariæ siue Mulomedicinæ opus, multis seculis absconditũ. quandoquidẽ equos habere & multos & bonos regij decoris esse uidetur, quos non tam ad pompam, quàm ad res gerẽdas alere cordati homines solent. Qua in re Mulomedicorum opera minime contemni debet. Hoc itaq; opusculum Beato Rhenano, necnon Ioanni Emmeo, conterraneo meo, uiris cum eruditis, tum mihi amicissimis, primum commisimus, ut illorum opera castigatum exiret in uulgus. Nam erat propemodũ infinitis locis corruptum. Verũ cum Beatus ille uarijs obstrictus negotijs muneri obeũdo adesse nõ posset, solus Emmeus, nõ absq; summis laboribus, operi castigando manum applicuit. Huius igitur industriæ debetur, quod ab infinitis uindicatum mendis nũc prodit in lucẽ. Tu uero Serenissime Rex Ferdinande, ut illos tui gratia potissimum susceptos labores recõpenses, bonas literas, quicq; illas syncere colunt, pro regia indole tua, quemadmodũ hactenus fecisti, ornare & tueri non desinas, id enim tuis pulcherrimis factis, non parum splendoris adijciet. Interim Deum Opt. Max. precor, ut imperium tuum, perpetua felicitate decoretur ad honorem dei, & utilitatem Reip. Christianæ. Meq; tibi obsequentissime commendo Ferdinande Regum Illustrissime. Ex arce nostra Bedburtina, quarto Nonas Iulij Anno domini M. D. XXVIII.

E. R. Maiestatis Tuæ deditissimus, & obsequentissimus Hermãnus Comes à Nuenare, Præpositus primariæ ædis Coloniensis.

Cordati homines non ad pompam, sed ad res gerẽdas equos alunt

ELENCHVS TI=
TVLORVM CAPITVM LIBRI PRIMI.

De Epist

CAPITA LIBRI SECVNDI.

CAPITA LIBRI TERTII.

CAPITA LIBRI QVARTI.

indicare languorem, & ab imperitis ad opus aliquod laborémque cogatur. Sic geminũ subeat ex morbo & fatigatione discrimẽ. Aut certe neglectũ, inueterata ægritudine nequeat sero curari. Sicut Mantuanus poëta diuino ore testatur: Morborũq; & causas, et signa docebo. Absq; dubio aũt oĩs cura uacabit, si genus passionis ignoretur. Ex inani psuasione illud generatur incõmodũ, ut honestissimus qsq; erubescendũ ac uile credat iumentorũ nosse medicinã. Primũ, nullius rei scientia uilis est. Nã cum humanæ uitæ conuersatiõe aliud fugiendũ, aliud uero sequẽdum, nõ est pfecta peritia, nisi quæ utraq; cognouerit. Deinde, quis æstimet erubescendũ talem peritiã quæ damna submoueat? Nã sicut incolumitas iumẽtorum habet lucrũ, ita eorũ interitus afferre uidetur incommodũ. Præsertim cũ mancipia, quorum plebeia curatio nõ putatur, sæpe uilioribus pretijs, quàm equi uendantur aut muli. Postremo siue ad uehendos locupletes aptos, siue in circi cõtentione uictores, siue in prælijs (ut ita dixerim) probatissimos bellatores, acerrimũ studiũ amoremq; constat habere dominorũ. Nec immerito uoluptati natũ animal (salutis) gratiam mereretur ab hoĩe. Quis aũt nosse curas iumentorum erubescendum putet, cum optima iumenta habere gloriosum sit? Quis uitupationi det id posse curare, quod laudi ducitur possidere? Forsan ipsa opera Mulomedicorũ uidetur abiectior, notitia aũt curationis nõ solum honestissimis, sed etiã disertissimis conuenit: ut prouisione & ordinatione sollerti curatis animalibus, & damnis careant, & uoluptatibus perfruantur. Sed alij morbi sunt, qui ea tantũ aĩalia, quæ occupauerunt, uexant; Alij etiam ab uno uel paucioribus quæ pereũt, in plura, quæ pariter stabulãtur uel aluntur, in totos sæpius græges sæuissima contagione transmigrant, ut quamuis sanũ aĩal intra breue tempus, alienæ ægritudinis afflante uicinia, repente depereat. Rectius est ergo eorum prius morborũ & signa & causas prædicere, curasq; mõstrare, qui quodã trãsitu pluribus nocẽt. Nam aduersus maiora dispẽdia, maiorem sollicitudinẽ oportet impendi. Prima igitur iumentorum utilitas est domini, uel procuratoris, uel pastoris ipsius amor atq; diligentia. Comes enim semp est affectionis, industria: & incolumia cupimus quæcunq; diligimus. Domita aĩalia aut præsepibus aluntur, aut pastu. Indomita latioribus nutriuntur in saltibus. Quotidie ergo, uel frequentissime speculari conuenit habitum iumentorum. Nam diligentibus morbus ipse se prodit.

aĩs (aut saluti)

FINIS.

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE, SIVE MVLOMEDICINAE, PRAEFATIO.

Mulomedicinæ apud Græcos Latinosq; authores non fuit cura postrema. Sicut enim aĩalia post hoĩem, ita ars Veterina post Medicinã secunda est. In equis enĩ ac mulis & adiumenta belli, & pacis ornamenta consistũt. Sed quoniã minus dignitatis uidebatur habere professio quæ pecudũ promittebat medelã, ideo minus splendidis exercitata, minus eloquentibus collata docetur in libros, Licet proxima ætate et Pelagonio non defuerit, & Columellæ abũdauerit dicendi facultas: uerũ alter eorũ cũ rusticæ rei præcepta conscriberet, curas aĩaliũ leui admonitione perstrinxit: alter omissis signis causisq; morborũ, quasi ad doctissimos scriberet, tam magnæ rei fundamenta neglexit. Chiron uero & Absirtus diligentius cuncta rimati, eloquẽtiæ inopia, ac sermonis ipsius uilitate sordescũt. Præterea indigesta & confusa sunt oĩa, ut partem aliquã curationis quærenti necesse sit errare p̄ titulos, cũ eisdẽ passionibus alia remedia in capite, alia inueniantur in fine. Additur etiã q, studio lucri quædam ita sunt compositæ potiones, ut pretium enorme contineant, & curæ taxatio, animalis æstimationem prope uideatur æquare: ut plærũq; aut parci homines, aut certe prudentes, aĩalia sua canibus dedant, aut à dãnosa curatione dissimulent. His & talibus rationibus inuitatus, cum ab initio ætatis alendorum equorum studio flagrarem, hanc operam nõ inuitus arripui, ut conductis in unũ Latinis duntaxat authoribus uniuersis, adhibitis etiam Mulomedicis, & Medicis non omissis (nam Mulomedicinæ doctrina ab arte Medicinæ non adeo in multis discrepat, sed in multis plurimisq; cõsentit) inquantum mediocritas ingenij patitur, plene ac breuiter omnia epitome congererem, causasq; & signa morborum omnium declararem. Nam si laus prima medicorum est genus ægritudinis in homine reperire, qui passionem suam & manu potest, & uoce signare, quãto magis in Mulomedicina necessariũ creditur genus ægritudinis nosse, cum mutum sit aĩal, & non possit propriũ

indicare

authores artis veterinariae
Pelagonius
Columella
Chiron
Absyrtus

VEGETII RE=
NATI ARTIS VETERINARIAE, SIVE MVLOMEDICINAE LIBER PRIMVS.

QVIBVS SIGNIS AEGRITVDO animalium cognoscatur. Caput. I.

CONTINVO ANIMAL QVOD *ualetudo tentauerit, tristius inuenitur, aut pigrius, nec consueto utitur somno, nec solito se more transuoluit, nec requiem ut assumat accūbit, nec deputatum cibum assumit ex integro, & potum aut intemperantius accipit, aut omnino fastidit, stupētibus oculis, auribus flaccidis, erecto uisu, turpi pilo, exhausta sunt ilia, fit spina rigidior, anhelitus crebrior aut grauior, incessus ipse, quo maxime notatur, segnis ac nutās. Cum huiusmodi signa in iumento unum uel plura conspexeris, statim illud saparabis à cæteris, ut contagionem non inferat proximis, et facilius in solo iam causa morbi poßit agnosci. Si diligenter habitum, post unam, secundam, uel tertiam diem ab illa mœstitia fuerit absolutū, nihilq; resederit in corpore ipsius quod putetur ambiguum, scito ex leuioribus causis illam uenisse tristitiam, & animal consuetudini pristinæ esse reddendum. Nec explorandi omittatur intentio nam frequentius inspici debet & cautius, quod semel cœpit esse suspectum.*

Quot sint genera morborum. Caput .II.

MOrborum quidem diuersæ sunt paßiones, sed uno generali uocabulo continentur, quod ab antiquis Malleus nominatū est, ipsa appellatione uim cladis periculumq; testantes. Sunt autem species Mallei numero septem: Humidus, Aridus, Subtercutaneus, articula-

ris, Elephantiasis, Subrenalis, Farciminosus. Signa omnium dicamus.

Signa morbi humidi. Caput .III.

HVmidus morbus est, cui de naribus pro mucis humor defluit male olens, & spissus, colore pallido. Huius grauatur caput, oculi lachrymantur, & stridet pectus, fit gracilis horrentibus pilis, tristis aspectu. quem profluuium atticum ueteres uocauerunt. Quandocunque autem sanguinolentus humor uel croco similis per nares fluere coeperit, iam insanabilis est & uicinus morti.

mortis signum

Signa morbi aridi. Caput .IIII.

ARidus autem morbus his agnoscitur signis: Nullus ei per nares supra solitum humor emanat, suspirat tamen grauiter, & nares habet extensas, ilia curuabit intrinsecus, et contractionem spinae duriciamq; patietur, testiculi eius ita sub stringūtur, ut apparere uix possint, cibi parcior, bibendi appetentior ultra morem. Propter quod pulmone siccato, internum patitur ardorem, tensis oculis in obliquum respicit, nec facile † cubet. Hūc suspirium uocant & insanabilem, nisi ab initio festina curatione subueneris.

al. † cacabit.

Signa morbi subtercutanei. Caput .V.

SVbtercutaneus morbus autem his proditur signis: Vulnera in corpore eius scabiei similia nascuntur, ex quibus humor effluit liquides & uiridis, qui pruriginem mouet, ut scalpere parietibus uel comimus animalia saepe fricare cōpellat, quo ulcera corticem ducent. Huic nec humor per nares emanat, nec anhelat, nec cibum recusat, nec respuit potum. Propter quod diu bibet. Et ideo si cura non desit, ex hoc pluria iumenta liberantur. Quidam uero scabiem subtercutaneum morbum dicere tentauerunt, quod similia supradictis signis uideatur ostendere, & contagionem transferre per proximos, & tardius sanari. Sed quia nec necem, nec gregi infert facile periculum, à pestiferi illius mallei societate

discretus

discretus est, & seorsum ab illa dicetur.

Signa morbi articularis. Caput .VI.

ARticularis autem morbus, quem ἀρθρίτιν Graeci uocant, per hec monstratur indicia; Interdum paucis, interdum plurimis diebus ab articulis claudicabit, ut aut ictu calcis animalis alterius percussus, aut negligentia impactus, aut saxo uel fuste uideatur elisus. Sed haec solet esse distantia, ut illa qualibet laesio loco figatur, haec autem passio, quia erratica est, subito ad pedem alterum migrat. Praeterea ossibus astringitur cutis, & ad tractum tractanti dura resistit, Rigescit spina, corpusq; contrahitur, pilus erectus & horridus, ac deformis aspectus, macie corpus affectum. Et quamuis non recuset alimenta, nec curat si desint, indies tamen deterior fit & tristior, difficulterq; curatur.

Signa morbi farciminosi. Caput .VII.

FArciminosum uocabulum ex genere passionis euenit. Huiusmodi deprehenditur argumento: In lateribus & in coxis, & in uerendis quoque partibus, & praecipue in iuncturis membrorum, uel in toto corpore collectiones inflantur: rursumq; his uelut sedatis, aliae renascuntur: cibum potumq; ex more recipiunt, macrescunt tamen. quia digestio eis plena non prouenit, hilares aspectu, sanisq; similes creduntur ab indoctis artis mulomedicinae, quia exterius agitur causa; quibus imperita artificum sanguinem festinat auferre. Sed contraria ista curatio est. Nam affectis farcimino, quicquid superest uirium, tollit. In initio tamen ne morbus increscat, uel in fine cum iam uires redire coeperint, emissio sanguinis iuuat.

Signa morbi subrenalis. Caput .VIII.

SVbrenalis morbus nō minus noīe, quàm ipsa passione monstratur.

Nam animal uelut renibus lesis, à posteriori parte deficiens, prodit mortiferæ necessitatis indicium, tussiet grauiter, horrebit aspectu, cuius durities ex spinæ rigore proditur, partius potum, partius adpetit cibum. Huic quia tota uis morbi possidet lumbos, à femoribus incipit prima curatio.

Signa morbi Elephantiasis. Caput. IX.

ELephantiasis autem dicitur ex similitudine elephantis, cuius naturaliter pellis dura & aspera, morbo nomen & in hominibus, & in animalibus dedit. Cuius signa hæc sunt: In toto corpore uredo nascitur, præcipue in dorso, squamas similes corticibus facit. In naribus, in pedibus etiam, & in capite, papularum feruor emergit, uel ozænæ asperiores frequenter oriuntur. Priusquam hæc ostendantur indicia, uentre soluto erit, & marcescit, et aspere tussiet. Cuius os totum cum lingua asperum & simile creditur esse combusto. Quæ passio pullis à matre depulsis plærunq; perniciem consueuit inferre. Hunc diligenter curare cupientes, non ante deforis aliquo medicamento fouere contendunt, nisi prius potionibus datis, pestis eleuetur interior. Nã extrinsecus cepta medicamenta morbum non eximunt, sed ad interiora compellunt, & hac ratione periculum generant. In animalibus eiusmodi morbo laborantibus generalia ista sunt uitia: tussis aspera & crebra suspiria, spina contracta & rigida, macies semper increscens cum studium & alimenta non desinant, demissior ceruix, stupentes oculi, tardior incessus. Nunc signis omnibus generaliter singulariterq; digestis, singulorum morborũ speciales, propriasq; curas oportet adiungere. Post hæc de generali minutione singulorum, et adustione docens, concludam librum primum.

DE MORBORVM CVRATIONIBVS.

Cura morbi humidi. Caput .X.

Capitis purgatio

MAlleus morbus si humidus fuerit, ita ut per utranq; narem uirides defluant muci, inter exordia caput eius adhibita curatione purgãdum est ita; Olei optimi uncias .3. liquaminis floris unciã .1. uini.

uini ueteris cyathos. 3. sereno tranquilloq; die pariter commisces, & cum tepefeceris infundes in naribus, caput religabis ad pedes, sensimq; iumentum impeditum compelles incedere, ut omnis humor emanet. († ad siphonem autem paulatim infundes non semel à cornu) Quod si sanguis postmodum cœperit fluere, nihil timendum, sed potius sciendum est, animal legitime fuisse purgatum. Post quod seuum caprinum resolutum oleo miscebis, sic infusis naribus exulcerationis illius mitigatur asperitas. Radicem quoq; laseris tonsam, & per fistulam uento naribus insitam, ut sternutum prouocet, adhibere commodum est. Caput etiam extrinsecus auriculasq; oleo calente diligenter perũges, & lana cerebro indita, ab omni perfrictionis necessitate munibis. Nasturtij quoq; semen bibendum dabis ex aqua. Præterea potionem dabis, qui diapenton uocatur, et hac ratione conficitur: Murræ, gentianæ, aristologiæ longæ, baccis lauri, rasuras eboris bene tritas et cribratas æquis miscebis põderibus, seruabisq;. Exinde prima die unum coclearium cumulatum cũ sextario uini ueteris, secũda die unum & semis, tertia autem die duo coclearia tepefacto mero aspersa, & diligenti agitatione permista dabis ad cornu. Postea ex ceruice de matricali uena sanguinem detrahes, permixtũq; acerrimo aceto, omne equi corpus perunges, & contra pilum diligenter fricabis, ut ad similitudinem glutinis adhæreat. Iumentum quoq; in loco calido cõstitues. Si cibum fastidit, † æstate dũtaxat farinæ hordeaceæ sextarium unum quinq; sextarijs aquæ permixtum equo dabis in potu. Triticeam quoq; farinã simili mensura & ratione offeres ad bibendum. Si autem fastidit, nõ ideo aliud dabis, quousq; hoc ex ista necessitate sanitatem percipiat. De palato quoq; postea sanguinem detrahes, ut omni ex parte, si qua morbus prægrauare cœperit, releuetur. Scito nisi diligenter occurras, hũc esse periculosissimũ morbum. Nam cito in suspirium, hoc est, anhelitum transit, & spem omnem salutis excludit.

Potio diapente.

† al. statim.

Cura morbi aridi. Caput. XI.

A Ridus uero morbus, qui & suspiriosus præcipue dicitur: & hic negatur à quibusdam posse curari, propterea, quod phthisi, quæ

hominibus mortifera est, similis inuenitur. Quotidie enim macie crescente, exilior redditur, penitusq; siccatur. In omni autem ratione medicinae, facilius est quae abundauerint diminuere, quàm quae uidentur deesse supplere. Salus tamen iumentis etiam in hac passione praestatur, si inter principia possit occurri. Sanguinem siccis detrahere contrarium est, Sed uino & oleo sufficienter admixto & tepefacto, perungendum toto corpore animal est, Ita ut caput & maxillae, & extrinsecus fauces eidem largius infundantur, & contra pilum usque ad sudorem diutissime confricentur. Intrinsecus autem à prima die hac potione curandum est: Succum ptisanae, adipem suillum remissum, & amilum ex melle passo' que decoctum per cornu in potione dabis, ut canalis gutturis eidem, maxillarumq; compago laxetur, quam siccitas astrinxerat morbi. Quo facto, in loco calido stabit. Infusum hordeum herbamq; uiridem, si inuenta fuerit, debet accipere, ut omni ex parte periculosa ariditas temperetur. Consequenter talis eidem potio praeparetur; Passi optimi sextarium unum, iridis illyricae unciam unam, piperis nigri semiunciam, croci scrupulum, mirrhae († trigonitis) semiunciam, pollinis thuris unciam unam, oua cruda quinq; pariter mixta prima die dabis ex integro, ita ut per triduum ipsam misceas semper & offeras, ut tam grauis morbi asperitas, potionis dulcedine mitigetur. Post haec, melle, butyro, axungia, salibus, et († pauulcaophis) pro aequa omnium portione confectis, succo ptisanae ac passo inuolutis, adinctum animal replebis, & die prima quinq; pillulas, sequenti septem, tertia die nouem daturus ex more. Expensis autem his, nec ungere cum uino & oleo tepefacto desit industria. nam amarissimus morbus cum sit, aliter non potest, nisi amaris potionibus solui. Contraria enim non nisi contrarijs medicinis curantur Potionem diapenten, sicut superius monstratum est, non solum per triduum cum uino, sed per dies plurimos dabis, ut tantum discrimen possit euinci. Quod si grauior tussis & strangulãs urgebit, accipe fabae fractae sextarium unum, seui caprini uncias tres, allij capita maiora tria, permixta decoques, & cum passo, uel succo ptisanae hordeaceae tepidum dabis ad cornu. Quod si tardius profecerit ista curatio, ficus siccae pondera duo diligentissime tondis in pila, foenugraeci sex-

tarium

strium decoques, quousq; aqua ad medietatem ueniat, post colabis, et fœnugræcum in mortario cum ficu conteres, allij quoq; uncias tres contundes similiter in mortario, et tam rutæ quàm apij fasciculos ternos: quibus oĩbus pariter mixtis diligenter tritis, addis dracontij uncias duas. Aqua in qua fœnugræcum coctum fuerit, superfundis, potionemq; facias quæ per cornu possit effluere: quam etiam tussientibus uel uulsis aut ruptis animalibus per triduum dabis. Sequens remedium ad aridum morbum: Inter nares iumenti scalpello secabis, & aquam frigidam per fistulam latam eius ori suppones, naresq; ipsius assidue diebus plurimis merges, ut suspirium distabescat in aqua. Potionem quoq; ei quotidie dabis huiusmodi: Succum ptisanæ cum seuo caprino decoctum, sextarium unum, sulphur, uinum, thus quoq; masculum æquis ponderibus deteris atq; commisces: ex eo coclearea singula diebus singulis cum ptisana permixta defundis ad cornu. Cum autem cœperit esse ualidior, de ceruice sanguinem detrahes, additoq; aceto animal perfricabis. nota hoc remediũ

Cura morbi subtercutanei. Caput .XII.

SVbtercutaneus morbus, cum humor pestifer intra corium & uiscera commeat, hac ratione curandus est: Fistulam ei facies uel cauterium, inter armos eius & uentrem loco consueto ad mensuram incisa cute, die sereno, & si spacium est, luna minuente, indis ut mos est, per quã oĩs è uisceribus humor educitur, coloris aurei uel crocei, languoris tabe corruptus. Quæ si minus traxerit, radicẽ herbæ tytimali eodem uulnere inseres septem diebus, quæ residuũ uirus educat. Est et aliud remediũ. Radiculã quã qdam cõsilignẽ uocant, qdã pulmonaceã, qua mulomedici frequẽter & bubulci utuntur, in pectore aĩalis hac ægritudine laborãtis eatenus pones, ut acuto cuprino circines locum. Postea corio pforato radiculam interseris, quæ ibidem spõte tam diu permanebit, quousq; cutis quatenus cuprino signata, in putredinem sit uersa, & à toto corpore ad illum locum humor trahatur, & per uulnus emittatur. Hinc potionem diapenten superius designatam, cum uino ueteri optimo, per triduum, uel si necessitas erit, p dies plurimos dabis. Apium quoq; uiride, fistula caput ferrũ

& baccas

& baccas lauri.uel istæ res si non inueniruntur, lauri & cucumeris syluatici folia, per partes minutissimas cōcides, hordeoq; miscebis, ut animal sicut è potione diapenton, ita ex cibo sentiat medicinam. Huic tamen aquā tepidam cum farina hordeacea uel triticea dare te conuenit, & in loco tepido stabulare. Nam frigus humoris augmentum est, & reumatis. Cibū quoq; magis siccum quàm uiridem in hac passione debet accipere, & exerceri uehementer, ut sudore siccetur humor infestus.

Cura morbi articularis. Caput XIII.

Articularis morbus his declaratur signis: Claudicabit alternis pedibus, modo prioribus, modo posterioribus, & quasi tumor eidem in articulis circa coronas, uel certe in genibus apparebit. propterea quod pestilentia morbi corruptus sanguis, neruos & uenas implet, & lædit atq; debilitat. Huic sanguinem primo de ceruice, hoc est, de matricali uena detrahes: quem aceto acerrimo permixtum, per totum animalis corpus induces, ita, ut illa loca, quæ uexata sunt, diligentius ungas. qa creditur sanguis emissus è corpore, & corpori rursus cum aceto impositus, uitia morbosa siccare. Quod si uel in genibus, uel articulis se morbus ostenderit, de eisdem locis sanguinem detrahes, cui adijcies cretam cimoliam, id est, albam, urticæ libram, tres sextarios aceti, cimini triti libram, resinæ frixæ libram, picis liquidæ libram, salis communis pugillum, stercus bubulum recens quantum creditur posse sufficere; ex hoc ubicunq; tumor apparuerit diligenter sæpius illines. De palato specialiter sanguinem detrahes, ne contagio caput occupet. Ab armis quoq; deplendū est, si in prioribus pedibus claudicatio apparuerit. Vel certe de coxis auferēdus est sanguis si à posterioribus cœperit claudicare. Dabis quoq; ei potionem aduersus omnes morbos probatissimam: Centauream, absinthiū, peucedanum, serpillum, sagapinum, betonicam, saxifragam, aristologiam rotundam hæc omnia æquis ponderibus tondes diligenter & cernes: si febrit animal, cum aqua: si uero non febrit, cum uino optimo dabis, ut singulis diebus per sextarium uini uel aquæ tepidæ cocti prædicti medicaminis singula maiora coclearia plena & cumulata commisceas, & per fauces dige

Potio probatissima contra oēs morbos.

ces digeras, ut amaritudinem morbi herbarũ amaritudo compugnans poßit
expellere.

Cura morbi farciminosi. Caput .XIIII.

FArciminosus autem morbus à similitudine farciminis appellatus est; Signa
quia uelut per fistulas quasdam inter cutem & carnem corruptus hu-
mor emanat, & per totũ corpus collectiones plurimas facit, et alijs ue
lut minuentibus aliæ rursum nascũtur. Sed paßio licet contagiosa sit, facilius
tamen inter principia curabitur. quia interna eorũ adhuc sana sunt, sed cor-
ruptus humor ex morbo, inter cutem & carnem uersatur. Huic tamen in ini
tio tantummodo, antequã incipiat marcescere, aut in fine, cum iam bene fue
rit reparatũ, detrahendus est sanguis. Nam in media paßione si flebotomia
uti uolueris, ægrotũ animal nequaq̃ curabis. Sed collectiones quascunq; fece
rit, inuri rectis cauterijs cõuenit: & ut efficacius prosint, cuprinis cauterijs cuprina cauteria
est utendũ. quæ uulnera pice liquida, admixto oleo & melle, curantur. Po-
tiones catharticas, uel nimis amaras debet accipere, id est, diapenten cũ ui-
no, sicut superius dictum est, quæ ad omnia genera morborũ animalium effi
caciter prodesse consueuit. Præterea radices ebuli lib. 1. infundis per tridũ
sextarijs tribus uini optimi. Post semiunciã optimi aloes, cẽtaureæ unciã. 1.
opopanacis unciã. 1. diligentißime teres, & de illo uino, in quo ebuli radices
infusæ fuerint, sextariũ. 1. mittes, & tepidum per cornu dabis. Quã mensu-
ram triduo custodire te conuenit, ut etiã per uentrem huiusmodi catharticis
potionibus digeratur humor infestus. Quẽ exercere in cursu, quousq; ad ple
num sudorem ueniat, sæpius conuenit: & curatum obseruatione prædicta,
in pascua mittes, ut diu noctuq; æstiuo tẽpore sub diuo & libero äere pasca
tur, quatinus & uarietate herbarum oblectatus, & solis calore siccatus, rur
susq; noctis aura & rore contactus, facilius digerat morbum.

Cura morbi subrenalis. Caput. .XV.

SVbrenalis morbus, ut periculis plenus est, ita ad intelligendum aptißi
mus inuenitur. Nã renes iumenti occupat atq; dissoluit. Propter quod
animal in primis partibus alacre, posteriora trahere consueuit. Huic
hac ratione succurratur: De utroq; latere, uel de femore incisis competẽti lo
co uenis, copiosus sanguis emittatur, qui acri aceto permixtus, p omne cor-

pus, & præcipue super renes animalis inducitur. Potionē notißimā diapen
ten ad cornu per os debet frequēter accipere. Sed & per anū calidißimis spe
ciebus clysterij ingestiōe curandū est. aloes unciā 1. pyretri unciā 1. euphor
bij unciā semis, pulegij bene triti unciā 1. baccarū lauri unciā 1. castorij semi
unciā, seminis sinapis uncias 3. salis triti heminā: hæc oīa diligenter cōtusa in
tres diuides partes, & diebus singulis cum aqua, in qua furfures tritici deco
cti fuerint, tepida, sicut curæ exigit ratio, quasi singulos semisextarios clyste
re per intestinum aīalis infundis, ut calefactis intrinsecus renibus, resolutus
humor poßit per uentrē cū stercore emitti. Præterea lumbi ipsius oleo lauri-
no uino calido permixto confricandi sunt uehementer & sæpe, ut deforis &
intrinsecus acerbißima paßio poßit euinci. Cauteria quoq; renibus imponū
tur, ut uis morbi ignis ardore siccetur. Danda quoq; est potio octo specierū
decocta, cuius in articulari morbo fecimus mentionem, quia in omnibus effi
caciter prodest.

Clysteri

Cauteria

Cura morbi Elephantiosis. Caput .XVI.

ELephantiosis morbi causa superius est indicata, cui talis est adhibēda
medicina, ut non extrinsecus uredinem uel uulnuscula ipsius curare
tentemus. Nam morbus refugiet intus, & penetrabit uiscera, ac peri
culum gignet. Sed primū de matrice tollendus est sanguis, & acri aceto cō-
miscendus: ac toto inducēdus est corpori. Postea de palato, & si uires permi-
serint, de cæteris locis quæ morbus infestat, pro modo & tempore minuēdus
est sanguis, & cum aceto rursum imponendus. Pulli autem à matre depulsi,
& ad stabula religati, præcipue solent hūc morbum incurrere. quia digestio
cibi, qua in pascuis utebantur, primæ exercitationis aufertur, & nondū ad
residendū robusti, ad præsepia stare coguntur. Elephātiosi morbo, & omni
bus mallei paßionibus non solū diapente, cuius experimētis indubitatæ sunt
uires, & sine quo Mulomedicus mutilus est, sed hæc quoq; potio præparan
da atq; seruanda: Mirræ trigonitis librā 1. thuris masculi lib. 1. corij malipu
nici selibrā, piperis unciā 1. croci uncias 6. acaciæ rufæ selibrā, absinthij pon
tici selibrā, serpilli libram 1. betonicæ librā 1. centaureæ libram 1. sagapini
uncias 1. saxifragæ uncias 6. tensedoni uncias 6. hæc omnia tusa & bene cri-
brata cū melle optimo decoques, et in uase uitreo uel stagneo recondita serua
bis nam

Potio q̃dam

bis. nam per uetuſtatem magis ualet. Ex quo medicamēto ſingula cochlearia
cumulata ſingulis animalibus morbidis cum ſextario aquæ calidæ & tribus
uncijs olei optimi permixta per triduum dabis. Vbi proficere cœperit, cum
uino optimo & oleo dabis (ſicut dictum iam eſt) cochlearia ſingula cōtinuis
diebus. Ex qua potione nō minus q̄ diapēte quolibet morbo correpta aīalia li
berātur Pulli tamē beneficio ætatis euadūt facilius: ſæpe incurati moriūtur.

Cauſæ & curæ generales morbi mallei. Ca. XVII.

EA quæ ad morbi mallei execrabilis curationem pertinebant, abundan
ter conſtat expoſita, ſed tanta uis ipſius morbi eſt, ut nihil expediat o=
mitti. Nam gregum in paſcuis funeſtus interitus, animalium quoq; in
ſtabulis mortes innumeræ ex ipſius contagione prouenīūt, & ab imperitis
uel negligentibus curam, aut diuinæ iracundiæ imputatur aut fato. Deniq;
ſicut ſupra declaratū eſt, ab uno animali incipit ipſa pernicies, & feſtinā=
ter ad cæterorū tranſit exitiū. Propterea ſemper ſunt ſeparāda in q̄bus ſuſpi
tio tantæ peſtis cœperit apparere, uſq; eo, ut etiā corpora mortuorū aīaliū
quæ ab illo morbo interēpta fuerint, exportāda ſint ad ea loca, p quæ aliorū
aīaliū tranſitus non ſit, & profunde obruēda ſub terra. Nā & uiuorū, quæ
corrupta fuerint, & mortuorū fœtidiſſimo odore, ſana primo iumenta cor=
rumpūtur ac pereūt. Cuius morbi cauſas plurimi Mulomedicinæ authores Cauſæ morbi mallei
reddere tentauerunt; aſſerentes ex nimia laſſitudine curſus uel ſaltus uiolen
ter extorti, aut ex calore æſtatis, uel frigiditate hyemis, aut ſi uolētes emittere
lotium, non ſinantur, uel ſi hordeum ſudantes acceperint, et ſi poſt curſum
calidi biberint, et ſi plena ueſica uel poſt potum cogantur ad curſum, aut fœ
num comederint, hordeumq; corruptum. Ex his uel huiuſmodi cauſis mal-
leus morbus conſueuit generari. Vitanda q̄dem ſunt iſta omnia, nā ex his pe
riculoſæ ægritudines iumentis ſæpe proueniūt. Malleus aūt morbus ex aëris alia cauſa
corruptione præcipue deſcendit. Nā Auſtro & Africo uento flantibus, in=
terpoſitis annorum ſpacijs, recurſu (ut aſſerunt) cataſtematis, ſicut certo tp̄e
hoīes peſtilentia corrūpuntur, ſic aīalia ille aër corrumpit & perimit. Vnde
probatiſſimæ & plures neceſſariæ ſunt potiones, quæ aduerſum tantā uim
præſtare ualeāt ſalutis auxiliū. Quarū ptē ſupiori iā pagina cōprehendi=
mus, ptē ex oībus autoribus collectas cōſequēter adiūximus. Remediū ꝓfi

Remedia ad omnes morbos

ad omnes generales morbos. Semen cucurbitae aegyptiacae. i. coloquintidem quantum acetabulum capiet, frangis & conteris, addita uini optimi hemina una, quod diligenti agitatione permixtū linteolo colabis, & per dextrā iumenti narem infundes, ut peruenire possit ad uiscera. Quae compositio ad dysenteriam plurimum prodest. Alia quoq; uilior, sed non minus apta curatio est; Radices cucumeris syluatici uirides contundes, et in aqua nocte una macerabis, deīde sublatas cōtundes & colabis, ex quo succo tria cochlearia cum nitro trito permixta, cū uino, si animal sine febre fuerit, tepefacto quotidie faucibus ingeres, ita ut septem diebus continuis curare non desinas. Nitrum quoq; bene tritū, & cucumeris syluatici radices minutatim concisas, addita hemina uini tepidi, in hordeū bene purgatum animali languēti ad pabulum infundas, ut non solum potum, uerū etiā pabulum medicamentū temperatum faciat ad salutem. Item aliud. Radicem ebuli, & radicem urticae aequis ponderibus minutim incisas, & infusas in liquamine optimo macerabis, colabisq; per linteū. ex quo mensura unius oui tepefactum per nares animalis triduo digeres. Consequenter ita facturus, ut iumentū quod morbū patitur, hordeū cū apio & cucumere syluatico minutatim inciso, semper accipiat, cōtusumq; ipsum agrestem cucumerē, & aquae sufficienter admixtum, bibere cogatur. Laudatur etiam haec potio Herbae sauinae librā. 1. trixaginis uncias tres, centaureae uncias 2. aristologiae uncias 4. baccarū lauri uncias 4. murrae uncias 4. omnia contundes & cernes, & in puluerem minutissimum rediges, & cū necesse fuerit cochleariū magnum plenū cum sextario. 1 uini tepefacto faucibus tedeantis infundes. Haec quoq; aduersus oēs morbos medicina succurrit, si quatinus uires patiuntur, interpositis diebus, cū praescriptis minutionis obseruantijs, primo de ceruice, post de palato, & in quibuscunq; locis se († humor) ostendit, ut si in facie de capite, si in primis partibus de armis, si in posterioribus de coxis sanguis est auferendus, & cū aceto miscendus, ex quo animal perfricetur. Cui haec per triduū potio dabitur: Pannaces radicum uncias tres, yringij radices pōderis tanti (yringion autem herba melior est, quae in littore uicina marinis fluctibus nascitur, cardo syluestri penè similis, flore galbineo, cuius eruendae sunt radices, nā longius penetrare dicūtur) feniculi quoq; seminis uncias 3. aloes uncia una semis contusa & cribrata in tres particulas diuidentur, & cū fracti & moliti tritici far

al. † morbus.

tici farinæ sextario candenti aqua misceãtur, & ad cornu per fauces triduo animali infundantur. Pelagonius aduersus omnes morbos efficacissimũ puluerem credit esse, si pullũ ciconiæ nondum adhuc stantẽ, sed iam plumas habentem uiuum in cacabũ mittas, & gypses, perustumq; uapore furni, in puluerem redigas, & tritum uitrio uase custodias, grãde, cumulatumq; cochlearium cũ uini sextario animalis faucibus infundas, donec recipiat sanitatem. Chiron uero Centaurus præter alias cõpositiones quæ iam relatæ sunt, asserit catulum lactantem uiuũ in aqua feruenti missum ac depilatũ ita decoqui ut ossa separentur à carne: quibus diligenter ablatis, eius caro cum aqua in qua decocta fuerit liquamine optimo uino ueteri & oleo & pipere cũ melle condita usq; ad sextariũ debere seruari, ac singulis animalibus binas cotylas tepefactas, donec ad sanitatẽ perueniant, diebus singulis dari debere per fauces. Caput quoq; hædinũ, omnesq; pedes depilatos ad caldarium eadẽ ratione, qua catulũ, excoqui, ablatisq; ossibus condiri, & binis cotylis per diẽ in potione per cornu sæpius datis, animal morbidũ liberari. De gallo quoq; gallinaceo albo, eadem quæ de catulo obseruanda demonstrat. Radicem quoq; herbæ tithymali decoctam cum uino dulci dare morbidis animalibus suadet. Ei quoq; animali, quod profluuio attico cœperit laborare, ita ut uiridis ei uel pallidus per nares humor erumpat, ex lotio humano aut arietino duas cotylas cum uino, & cyatho olei rosacij putat esse miscendas, & p nares, quæ humorem funestum egerunt, digerendas. Quam curationẽ & pulmoni sanitatem, & naribus siccitatem præstare confirmat.

Potio anniuersaria physica. Caput .XVIII.

PRo physico autem & anniuersario remedio tradidit ulpicum beticũ uel allium maius, quod quidam gallicum uocãt, capitella singula cũ singulis semiuncijs sagapini, & singulis cyathis olei optimi diligenter trita, singulis aquæ heminis oportere misceri, et heminas singulas per caput animalium dari octauo Kalendas Iulias, hoc est in initio canicularium dierũ, septimo & sexto: quo facto, trinis potionibus stagnata, ut dicuntur animalia armentiua uel domita integro anno à morbo intacta seruari. †

Compositio suffimẽtorum cõtra malleũ. C. XIX.

ADuersus morbũ malleũ, cuius diuersæ sunt species, quæ in potiõibus

tam per os quàm nares dirigendis, uel clystere, quæq; in cauterijs uel flebotomo faciēda sunt declaratū est, sed restat alia nō minus necessaria efficaciorq; curatio, quæ suffimentorum genere & odore præstatur. Nā cū ipsa tabes ex corrupti aëris fœtore nascatur, et usq; in pulmonē & uiscera penetrādo descendat, nō minus austeritate odoris, ꝗ potionū amaritudine cōsueuit expelli. Pro numero itaq; aïaliū eliges locū humilē ex omni parte clausum, in quo inducas aïalia iā ægrotātia quæ curare desideras; uel adhuc sana & separatim quæ nō uis morbi contagione perfundi. Origanū asium, mentam, asphaltum, peucedanum, castoreum, & opopanacem, æquis ponderibus permisceas, & exinde quantum tribus digitis eleuare poteris in carbones uiuos mittas, animaliumq; os & caput super fumum tenebis, ut austeritas odoris per os & nares intrinsecus ingressa, omnia compleat, & ad pulmonē usq; penetrādo perueniat, & præstet animalibus medicinam.

Suffimentum contra malum Morbum

Alia compositio uehementior ad lustranda animalia, quæ & fascinum tollit. Caput .XX.

aliud suffimentum

EST & alia compositio suffimentorū ad morbos prohibendos, sumptuosior quidem, sed putatur utilior. Sulphuris uiui libras 2. bituminis iudaici lib. 1. opopanacis uncias 6. achanti uncias sex, galbani & castorei, yreos crudi añ uncias 6. salis armoniaci uncias 2. salis capadoces uncias 3. cornu ceruini, lapidis gagatis masculi, lapidis gagatis fœminæ, añ uncias 3. lapidis ematitis, lapidis sideritis, lapidis argeritis añ unciā 1. equuleos, id est caballiones marinos numero septē, caudas marinas, ungues marinos añ numero septem, uuæ marinæ uncias tres, medullæ ceruinæ, cedrei, picis liquidæ añ pondera tria, ossa sepiæ numero vij. auri semunciā, ballucæ siliquā: hæc uniuersa cōmixta atq; succēsa, odore suo morbis tā hoim ꝗ aïaliū resistūt, et dæmones fugāt, grādines prohibere, et aërē defecare dicūtur. Sed si memoratos lapides aut inuenire nequiueris, aut enormitate pretij ab emptiōe cessaueris, reliqua efficaciter prosunt.

superstitio

De ratione flebotomi. Ca. XXI.

MEdicina oïs aïaliū, uel si uerū quærimus, etiā hoim, nisi rationē curatiōis ante cognouerit atq; prædixerit languētibus piculū, errabit frequenter. Exposita enim curandi ratio, & cum genere congruēs

passionis

paßionis, indubitãter præstat auxiliũ. Ideoq; pluribus mẽbris ac morbis generale remediũ diligenter oportet exponi, qđ præcipue in sanguĩs detractiõe consistit, si rationabiliter pro tempore & uiribus animaliũ, et pro æquitate pfecti mulomedici adhibeatur industria. Qui si ignarus fuerit huius ratiõis, nõ solũ p detractionẽ sanguinis nõ curabit, uerũ etiã piculũ iumentis frequẽtißime generabit. Nã cum uita uirtusq; aĩantiũ consistat in sanguine, rursus tẽpestiue detractus sanguis corpori præstare adsolet sanitatẽ. Cuius rei talis redditur ratio. Sanguis enim ciborũ humorũq; indigestiõe corruptus, p mẽbra discurrit, et languorẽ dolorẽq; aut uniuerso corpori, aut certis qbusdã partibus consueuit inferre. Nam per cõstrictionem neruorũ, uenarumq; tensionem, inflatio, indigestioq; generatur: quæ tensura (ut ita dixerim) corporis aliter laxari, nisi p detractionẽ sanguĩs nõ potest. Vnicũ enim cõpendiũ atq; remediũ est, corruptionẽ illã quæ nocet, et quasi infesta tabe ægritudinẽ uel periculũ gignit, cum sanguinis ipsius uitiosa parte detrahere.

Quę diligentia adhibeatur in sanguinis detractione. Caput .XXII.

Hinc plæriq; ueris tẽpore quotannis de ceruice iumẽtis sanguinẽ demere, & sic in herbã mittere necessariũ putãt, ne ueteri corruptoq; sanguis nouus admixtus natura calescẽs, debilitatem, ualitudini sue periculũ faciat. Veteres autẽ, prudẽtioresq; authores absq; necessitate deplori animalia uetuerunt: ne consuetudo minuẽdi, si tempore aliquo facta nõ fuerit, statim intra corpus morbũ ac ualetudinem generet. Rectius ergo est minoris ætatis animalibus & bene ualẽtibus ex nulla parte corporis sanguinẽ detrahi absq; palato: de quo aßidue tã minoribus, q̃ maturis detrahendus est humor, ut caput, oculi, cerebrũq; releuẽtur. Maturis uero aĩalibus nõ incõmodũ est pulsare uenã cũ mittũtur in pascua. Illa tamẽ in omnibus, q deplendi sunt, conseruanda est consuetudo, ut pridie quàm uena pulsetur, substententur leuioribus & parcioribus cibis, ut per diastema composito corpore sint, non turbato per indigestionem. In solo autem æquali statues iumentũ, ceruicemq; illius loro cinges, quo strictius super scapulas tangatur, ut uena poßit ab aliquo clarius intueri. Tunc spongia cum aqua uenam ipsam lauabis, & sæpe deterges, ut altius emineat. Pollicem quoque sinistræ

detrctio sanguin de palato

manus

manus interius deprimes, ut non ludat, sed tumidior atq; inflatior uena reddatur. Consequenter iuxta præceptum artis, uel animalis ipsius positionē, sagittam dari calibis exiges cotibus bene acutatam. Obseruabis quoq; ne al tius imprimas manum, & gulam atq; gurgulionem rumpas, & arteriā præcidas. Hoc enim uitæ consueuit inferre periculum. Percussa uena, fœnū uel farraginem ad edendum apponas animali, quatinus agitatione maxillarum perucnā melius erumpat sanguinis impetus. Cū aūt niger uel corruptus humor egeretur, uel cœperit manare purior, statim iumentum tolles à cibo, & imposita fistula uenæ plagam astringes. In plaga uero pitaciū imponas, ut diligentius claudat, licet quidam utantur & creta. Deinde in tenebroso loco & calido statues iumentum, & farraginem si tempus est, uel fœnum mollissimum dabis septem diebus ac noctibus. Aquam etiam offeres, ut si uoluerit bibat. Sed trititia farrago hordeaceæ præfertur: quæ si defuerit, hordeaceam dabis. Memento etiam quod ea melior sit, quæ uicinior marinis fluctibus fuerit. Propter quod uentrem facilius soluit, humoremq; deducit. Pulsata etiā quocunq; loco uena, omnem sanguinem diligenter excipies, & aceto oleoq; permistum, uel alijs medicaminibus quæ ratio deposcit, animalis ipsius corpus perunges, præcipueq; illum locū, ex quo detractus est sanguis, & qui esse putatur in causa. Constat enim, naturali quadam ratione atq; beneficio (ut quidam aiunt) ipsum sanguinem, cum superfusus est languentibus membris præstare medicinā, uitiumq; siccare. Quam curatiōis sollertiā nō oportet omitti. Præterea interpositis diebus post flebotomū animalia producūtur ad solem, & sanguis detrahitur eis de palato. Despumantur etiam tertio gradu à dentibus caninis, quos oportet suspendi altius propter sanguinis fluxū. ita ut ea die mollissimis cibarijs utantur & furfure. Sequentibus aūt diebus non ex integro hordeū consequantur, sed à uilibus incipiant, & ad consuetudinem per singulorum dierum augmenta perueniant. Consequenter tepido die ducantur ad mare uel fluuiū, diligenterq; loti tergantur. Vino quoq; & oleo in sole perungendi sunt diligenter, & confricandi, ut corpora eorum calefacta aut repellant, aut perferant perfricationis iniuriam. Quibus perfectis equi nobiles tunc demū ad labores cursusq; itineris reuocentur.

Castrata animalia nō deplenda. Ca. XXIII.

S*Ciendum est præterea, castrata animalia nunquam oportere depleri causa*

causa herbæ, quæ iam partem uirium cũ testibus amiserint, & si depletæ fuerint, uehementius eneruantur. Hinc est enim q, asinis nõ detrahẽdus est sanguis, qa naturaliter minus habent sanguinis, gracilioresq;, fortiũ sunt uenas.

Admissum facientes non deplendos. Ca. XXIIII.

ADmissarios etiã equos flebotomare non est opus: partẽ enim uiriũ & sanguinis in coitu natura digerit. Si tamen ab admissura cessauerint, nisi annis omnibus herbarũ tpe depleantur, incidũt in cæcitatẽ, quia id qđ coitu digerere consueuerãt, declinat in oculos.

In quibus passionibus, & ex quibus locis sanguis auferendus est. Caput. XXV.

NVnc ne quid relinquatur ambiguum, in quibus passionibus, & ex quibus locis sanguis emitti debeat indicabimus. Morbidis & quibuscunq; totũ corpus in causa est (sicut febrientibus, unde infra dicendum) de matrice detrahendus est sanguis. Cephalargicis aũt, arpiosis, insanis, cardiacis, caducis, freneticis, bistrutitijs, sicardicijs, rabiosis quoquo modo præcipitur de auriculis sanguinem demere. Verũtamen melius est de temporibus, quæ in dextra ac sinistra sunt parte, detrahatur, id est, sub caua tura tẽporũ tribus digitis ab oculo interpositis inferius uena pquiritur, & ex utraq; emittitur sanguis. Eis uero quibus suffusio contingit oculorum, uel cætera uitia quæ oculis nocẽt, inferiores uenæ sub oculis positæ, quæ descendunt sub angulis oculorum inferioribus, quatuor digitis inferius quãm oculi sunt, inciduntur. Quibus quidem fastidiũ inhæret, uel arteriarũ uel fauciũ tumor, uel prægrauatio capitis, de palato auferendus est sanguis. Quibus aũt pulmo est in causa uel iecur, uel cætera quæ his uicina sunt mẽbris, de pectore minuendus est, ex uenis quæ positæ sunt in dextra ac sinistra, ubi brachiola coniũguntur, et flexura fit cũ armus plicatur. Quibus qdem armus est in causa, de brachiolis sanguis minuatur; quæ uenæ positæ sunt interius, ubi centuriæ, id est, musculi brachiolares sunt, sex digitis superius q̃ genu, tribus uel duobus digitis inferius quãm centuriæ. Hæ uenæ sagitta pcutiãtur, sed caute modesteq; tangantur, propter debilitatem aĩalis. quia hæ cõmixtæ sunt neruis. Quibus aũt articuli in causa erunt, uel si articulus insertus uel intortus fuerit, uel aut aquatilia habuerit, uel quiduis simile in articulis contigerit, de

morborũ genera [illegible] tũm

a quatilia

C subcirro

ſubcirro ſanguis ſubtrahi debet: quæ uenæ poſitæ ſunt inferius quàm articuli tribus digitis ſub coronã. quæ uenæ cum ſumma cautela tangendæ ſunt, quia articulorum coniunctæ ſunt neruis. Creciaco uel ſi baſim mouerit, de coronis rectis tollitur ſanguis.

De his quibus ſanguis in ungulam tollitur, alĩs, qui ungulam cogunt uel eiecerint, quomodo ſanguis tollatur. Caput .XXVI.

QVibus aũt iumentis uel ſuffuſionis uitio, uel ꝑ uoluntatẽ excruciata ungula fuerit, uel q̃bus remorata baſis longi temporis claudignem fecerit, eiuſmodi curatiõe ſanãtur. Componis omnem ungulã quaſi ad uiuũ, adlideſq; uirantũ, hic ſuffraginẽ illius alligatã lino uehemẽter ſtringes, totũq; ſimul ungulæ ſolũ in circuitu ſcalpelletur, et circũgyrabis ut à corona ungula ſubleuetur ex pte, tũc circũciſoriũ inferes inter unguẽ & ſolũ, et cũ bene elimpidaueris, ſuffraginẽ ſolues, et inuenies de calcaneo uenas fluere, et cũ ſufficiẽter effluxerit cruor, ſale pfricabis, poſtea aceto et oleo inunges, et linteolis munies diligenter. Sparciã calciare curabis, ut poſt egeſtionẽ humorũ ungula reparetur. Huiuſmodi aũt curã nũq̃ niſi ſingulis pedibus adhibere debebis, ut in tanto dolore aĩal duret ac ſtet. Si aũt in alio pede ſimilis eſt cauſa, cũ in illo q prius curatus eſt, firmiter aĩal ſtare cœpit, tũc eũ elides, & ut dictũ eſt, ſimili obſeruatiõe curabis. Si uero in his cauſis aĩal cremare uolueris, ſemiſſabis illud hoc modo. Compones ungulam eius ad uiuũ, et cõtra uenã addita ſagitta ptũdis, ut poßit ſanguis acõtizare ꝑ ſolũ quod ſagitta ptuderit. Sili aũt modo ſale fricabis, oleoq; et aceto, linteoliſq; munibis, dũtaxat ſingulos pedes, ita ut portare ſe poßit. hi plane q ſemißãtur nõ elidũtur

Epiſtomicis, uulſis, colicis, ſtrophoſis, & qui morbo ſubrenali tenentur, unde ſanguis tollendus eſt. Caput .XXVII.

EPiſtomicis, uel qui morbo ſubrenali læduntur, uulſis etiam, colicis, & quibus uenter frequenter dolet, de cauda ſanguis emittitur, licet melius putetur propter huiuſmodi cauſas ortas de uiſceribus debere ſanguinẽ tolli. Quod ſi de cauda tollere uolueris, ſic facies: Erige et reſupina caudã ad

lumbos

lumbos, quatuor digitis ab ano ubi pilos nõ habet cæde caudam cũ tabula aliqua nõ ponderosa, quousq; se uena demonstret, & in caudæ media diuisura quatuor digitis ab ano sagitta percuties uenam, ut acontizet sanguis, post decursionem fasciola colligabis. Cum autem de uisceribus emittere uolueris, sub inguibus de dextra sinistraue in singulis femoribus eminentes uenas medias sagitta pcuties, post decursionem sanguinis cretam impones, sed caute, propter uicinã misturã neruorũ. Si laccæ in gambis fuerint, aut aliqs dolor coxæ uel gambæ, sanguis detrahatur gãbis: sunt enim uenæ à uisceribus descendentes p gambas interius, quas medias propter uicinã mixturã neruorũ caute transuerso flebotomo percuties, & post decursionẽ fasciola ligabis.

De ratione foci atq; cauterij. Caput .XXVIII.

IN animalium curis ac medicinis duplex remedium authores esse uoluerunt, Minutionem sanguinis, per quã constricta laxantur, & Vstionem cauterij, per quod laxata firmantur. Sed cũ flebotomi ratio euidenter uideatur exposita, Cauterij quoq;, licet nouißima cura sit, apiẽda uidetur utilitas. Nã adustio laxata cõstringit, inflata attenuat, humectata desiccat, coagulata soluit, sarcinomata præcidit, ueteres dolores emẽdat, alienatas corporis partes ex qualibet causa ad statũ suũ reuocat, sup naturã excrescẽtia, sublata, et adusta crescere nõ patitur. Nã cũ candẽte ferro rupis cutẽ, uitiũ oẽ concoqutur atq; maturatur, et beneficio ignis dissolutũ, p foramĩa q̃ facta sunt effluit cum humore. atq; ita sanatur paßio et tollitur dolor. Post q̃ cicatricibus clausis, cõstrictior et robustior redditur locus, ac prope insolubilis cutis. Sciendũ uero cuprina cauteria plus effectus ad curandũ habere q̃ ferrea. Præterea si in capite morbus est, inuritur ceruix: si subrenalis est, lũbis ignis adhibetur. Interdũ aũt puncta infigũtur, interdũ ad similitudinẽ lineæ candẽs deducitur ferrum, aliquando uelut palmulæ fiunt. In hoc enim laudatur Mulomedici ingeniũ, si ita animal cauterio curauerit ne deformet. Pro locis aũt in quibus est paßio, & pro pellis æstimatiõe cauteria uehemẽtius imprimũtur aut leuius. Memoria aũt retinendũ est, † quassaturas, emota uel extorta, aut eiecta de locis suis, uri penitus nõ debere. nã ppetua debilitas cõsequtur. sed melius est cũ locis suis reposita fuerint, & ligaturis diligẽtius cõmunita, atq; ita naturæ industriæq; beneficio cõroborata, colasticis unctiõibus et malagmis,

Vtilitas cauterij

Cuprina Cauteria

Vbi Cauteriũ nõ [...] uenit
al's † fracturas

C a postremum

poſtremũ cauſticis eadem percurare ad ſpem perpetuæ ſanitatis. Quod ſpecialiter ad nonendũ eſt, ne Mulomedici feſtinantes, dũ ſoco curare cupiũt, animalia debilitent aut deſorment, cũ ſlebotomis, potionibus, unguentis, ſyringis, medicaminibusq; diuerſis ante ſit temptanda curatio, & ſi nihil profecerint, ad extremum ignis adhibetur.

De paſſione & curis febrium. Caput .XXIX.

QVæcunq; paßiones plus iumentis periculi inferre conſueuerunt, & difficilioribus obſcurioribusq; indigent curis, has primo amplectimur libro, ut et facilius reperiãtur quæ in exordijs ipſius occurrẽt, et legentibus faſtidiũ nõ poßint adferre. De curis quæ prima ſunt. Febriẽtibus itaq; aĩalibus primũ cõuenit ſubuenire. Nã nõ amplius ꝗ triduo caloris uim ſuſtinere poſſe creduntur. Intra quod ſi curata nõ fuerint, moriuntur. Oportet igitur prius paßionis huius ſigna cauſasq; prædicere, & mox medicinas exponere. Febriens iumentũ deiectũ caput è terra alleuare uix pote-
Signa iumẽ- rit, erit oculis apertis, labijs demißis, triſtitia turpis & grauitas totius cor-
ti febrientis. poris inſequitur, teſticuli tumidiores laxius pendent, membra caloribus feruent, uenæ uehementi pulſu ſaliunt, anhelitusq; creber & calidus, tußis aßidua, inceſſus nutans, faſtidiũ cibi, bibendi cupiditas, uigiliæ iuges. Cauſa aũt huius paßionis ex magno labore et fatigatione eſt, ſi negligentia cõſequatur. Interdũ æſtu nimio, aut perſtrictione uehemẽti, uel ex cruditate ciborũ, aut ſudoris ſubita infrigidatione, uel ex feruore hordei nouelli euenire cõſueuit. Curatio aũt iſta ſolennis eſt. Continuo ſanguinem eis de facie, uel de temporibus, aut palato oportet emitti, ab omni eſca prima die penitus abſtineri, fœni optimi aut herbæ uiridis ſubinde puſillũ offerri oportebit, & quieſcere etiã ab omnibus rebus, & etiã ſequeſtratũ temperato tpe, et inambulationibus leuibus aĩal cõmoueri, calidis quoq; locis coopertũ ſtabulari. Cũ cœperit melius eſſe, herbam minutatim conciſam porrigito. quæ ſi defuerit, hordeũ maceratum, ablatisq; ſuis folliculis tuſum in modum ptiſanæ paulatim offeratur et frequenter exiguũ.

De laſſitudine quæ uidetur febribus ſimilis. C. XXX.

PLerunq; aũt equi ultra uires ad curſum coacti, aut ponderibus prægrauati, ac ſudore defecti, ſimilia febricitantibus ſigna demonſtrant.

Quos sic intelliges: Oculi sublachrymantes erunt, & tanq̃ subfusi sanguine, præterea spiritũ crebrius agitat, fœnumq́; fastidit, & de posterioribus pedibus melius se sustentabit. nã primos quasi subiritos tardius ponit.

De febribus internis. Caput .XXXI.

QVod si febris interna fuerit non facile aĩal dormiet, et quotidie deterius fiet, interdũ furunculos in dorso uel in lateribus habebit. Scias eum à morbo qui superius disputatus est malleus, detineri. Cui lotiũ aliquot dierum tam hoĩm quàm arietum per nares infundes. Et sic potiones quæ de isto morbo suprascriptæ sunt, dabis.

Si in autumno febrierit. Caput .XXXII.

SI autem autumni tempore cœperit febrire iumẽtum, statim de ceruice sanguinem detrahes, uel gradu tertio de palato; post herbæ trixagnis sextariũ, draganti, rosarum aĩi unciã 1. in pila lignea pistabis, cernesq́; subtiliter, ex aqua cũ mulsa et oleo potionabis, atq; ita restitues sanitatem.

Si in æstate febriat. Caput .XXXIII.

SI autem æstate febrire cœperit, totũ sudabit, sataget salientibus uenis, mincturam & naturam simul dimittere, ad terrã transuerse ambulabit. De coxa media quatuor digitis ab ano uenam ingris, et ex ea sanguinem detrahes. Si aũt nõ inueneris, de ceruice tollendus est. Cui hanc potionem pro tempore dabis. Herbam portulatæ plenã manũ tundis, succũq́; eius cũ dragante & thure, & succo rosæ campanæ mulsa addita offeres, potionem non satis grandem ne plus quàm oportet infrigides: quia cum quasi splene carcat simul & defectione sanguinis calore priuatur.

Si hyeme febriat. Caput .XXXIIII.

HYeme uero si febrierit, supradictas species aridas contũdito, diligenterq́; misceto, & per sinistram narem dato, sanitas consequitur. Febrientibus aũt hæc potio utilis traditur: Mannæ thuris uncias ij seminis, yrisillyricæ uncias 6. piperis unciã 1. baccarũ lauri, seminis apij aĩi unciam 1. cũ passo potionabis. Item post detractionẽ sanguinis de matrice aut de palato sic potionabis febrientẽ: Hysopi librã unam, abrotani uncias 6. la

ctis caprini sextarium, amili cyathum, olei optimi uncias 3. herbæ urciolaris succi cyathum unũ, misce cũ cæteris, & per cornu faucibus infunde, erit salutare remediũ. Item alia potio. Lactis sextariũ, olei cyathos 2. croci scrupulũ 1. mirræ ʒ 2. appij seminis cochleariũ plenũ, miscebis piter, et dabis ad cornu. Hyeme farinã triticeã cũ aqua tepida, æstate aũt farinã hordeaceã cũ aqua frigida dabis in potũ. Si febrient mensuram nõ des, illorũ aũt loca cauterio inurenda sunt, & usta curãda. Item alia potio. Lactis caprini heminã, amili cyathũ, oua 4. olei cyathũ, succũ herbæ urciolaris quotidie potũ dabis usq; ad sanitatẽ. Item unctio qua pfricandi sunt febrientes. Rosæ librã, olei ueteris librã 1. aceti heminas 3. lactis caprini librã semis, portulatæ seminus et nucis amaræ ãn uncias 6. menthæ uel rutæ quantũ expedit. s. teres et commisces, et tepefacto utere, ita ut diutissime confrices contra pilũ, et in loco tepido unctũ aĩal coopertũq; statues.

Item potio alia si hyeme febrierit.

Gentianæ unciam unam, aristologiæ, hyssopi, absynthij, abrotani, singulorum unciam unam, caricarum uncias 6. seminis apij uncias tres, rutæ fasciolum 1. omnia in cacabo cum aqua decoques ad tertiam, & cum nigrescere uideris, coctum est. Exinde uini heminam misceto sicut suprascriptum est, & per cornu faucibus infundito.

Si ab indigestione uel pletura febriat. Ca. XXXV.

Signa

SI quod iumentũ ab indigestione uel pletura febricitauerit, naribus spiritum ducet, & ilia frequenter agitabit, anhelitusq; erit ferũes et aridus, spinam facilius flectet, nam qui ex perstrictione febrit, rigidus est; quia calor membra dissoluit, frigus astringit. Ex pletura igitur febrienti, copiosus sanguis emittitur de ceruice, nares aceto perfricatur ut sternuet sæpius. Venter quoque febrientis si durior fuerit, per anum iniecta manu, stercus extrahatur, à cibo abstineat, paucissimum potum per interualla suscipiat, & unctum suprascripto medicamine, diuq; fricatũ, loco stabit calido horis tribus aut 4 cooptũ, postea ad ambulandũ producetur, nihilominus inuolutũ.

Si ex uulnere oris aut fauciũ febriat. Ca. XXXVI.

SI quando ex uulnere aliquo uel suppuratione oris aut fauciũ nascitur febris, de temporibus, nec non etiam de palato detrahendus est sanguis.

De max

De maxillis quoq; siue de ceruice, & ad postremū quicunq; locus febrienti doluerit, ex eodē cum mensura sanguinem oportet auferri. Quod si cibū penitus respuerit, farinā aquæ mixtā ad cibi instar faucibus eius infundes. Offas quoq; de passo facies iustæ magnitudinis, et septenas cū oleo digeres, ut possit habere substantiā. Ita deniq; febrienti utilis est, ex quacūq; pte detractio sanguinis fiat, si consyderatis uiribus animalis mēsura seruetur. Nā ut emissus rationabiliter releuat, ita enormiter ablatus euirat uel turbat.

Si cibū respuit

De coactiōe.i.de nimia lassitudine. Cap. XXXVII.

Coactio in animalibus passionis est nomen, ex qua ægritudinū diuersa genera nascūtur, ideo sic appellata, quod ab iniuria uel labore uel ex coactione contingat. Quoties enim lassū aīal fatigatione itineris, uel nimietate cursus, uel magnitudine ponderū, non studiose refouetur, uel æstate sitire, uel hyeme algere compellitur, uel certe penuriā sustinet cibi, aut hordeo nouo, aut fœno pessimo læditur. et p dies aliquot circa curā eius nulla adhibetur industria, & sic totius corporis compago, & interiorum uiscerū dispositio per iniuriam & fatigationem uitiatur.

Quę genera ægritudinū ex coactiōe nascant. C.38.

Ex qua coactione hæc passionū genera nascuntur. Ex perstrictione enim fiunt epistomici, podagrici, phthisici. Ex æstu aūt euenit grauedo, febris, insania, capitis dolor. Ex sudore oritur tumor in cruribus, suffusio in pedibus, febris, spasmus, et tussis. Ex humore quoq; q de naribus profluit, passio aptissima declaratur. A' cerebro enim uel à capite uenit multa pituita crebra et spissa. A' pstrictiōe erit humor tenuis, aquaticus, & frigidus: ex qua re fiūt coriagrosi & epatici & phthisici. A' colibus & glandulis & arterijs humor erit candidus & uiscosus, ex quo euenit fastidiū & faucium præfocatio & synanches. A' pulmone aūt humor crassus, sanguinolentus, & maleodoratus emanat, colore pallido. Ex qua causa fiūt peripleumonici, uomicosi, ortomici, et phthisici. A' morbo aūt malleo uenit humor multus et crassus, & pallidus. Ex qua re fit ortomicus, profluuius atticus, et suspiriū articulare. A' iecore humor erit liuidus, yricus, et uiridis, et tabidus, non ualde crassus, neq; olidus. Ex qua re fiunt sciatici, hydropici, febricosi. Ideo autem signa passionum causas' que diuisimus, ne ingratus

error

Absyrt9 Signa coactionis

Cura

rror noceret, & facilius euidens doctrina curaret. Absyrtus huiusmodi de coactionibus prodidit medicinas: Si equus, inqt, coactus de uia uenerit, oculi eius intro abibunt uel uersabuntur, spirat calidum frequenter atq; suspirat, & auriculæ huius ac reliquũ corpus extensum erit. Cuius talis est curatio: ut parũ hordei accipiat, fœnũq; nõ multũ. Potio aũt huiusmodi præparabitur, hysopi, abrotani aĩi unciã 1. sampsuci uncias 6 fœnugræci librã unã, lini seminis pondo duo; hæc omnia tusa & cribrata in cacabo nouo cum sex aquæ sextarijs infundis, addisq; nouem duplices ficus, quæ cũ ad partẽ dimidiam decocta fuerint, uniuersa conteres atq; liquabis, præterea uini ueteris optimi sextarios tres, mellis heminã, piperis triti drachmã adijcies suprascriptis, rursumq; feruere facies oĩa, ex qua calidã potionẽ plurimis diebus dabis, quæ mirifice iuuare consueuit. Si de labore itineris suffusio pedũ forte prouenerit, caue ne sanguinem calido detrahas, sed requietũ pausatumq; flebotomabis, huiusmodi beneficio potionis usurus: Turis masculi drachmas 2. foliorũ caprifici librã, grana piperis 25. fermẽti uncias 3. croci drachmã: Omnia bene trita in tres partes diuides, & expausatũ iumentũ triduo cum oleo potionabis & uino: si hyems fuerit, tepida os ablues, æstate frigida: si tardius, aut non recte ambulat, † sulphurẽ & resinã calentẽ ungulis imponis, non semel tantũ, sed aliquoties donec rectus incedat. Si uero ista nõ profuerint, semissabis eum ut de ungulis sagitta contactis cõpetenter profluat sanguis, & uulnera traumatico curabis pharmaco. De laxis hæc signa erũt: toto corpore grauabitur, & posteriora crura quasi inligata habebit. posca itaq; & pulegio nares eius & totam faciem fouebis, panem & merũ dabis ut manducet, offeresq; ei lactucas uel gramen diligenter lotũ atq; cõcisum, consequenter daturus huiusmodi potionẽ, Succũ ptisanæ, passum, oua, oleũ rosatum, quæ omnia pariter mista per triduũ dabis, ita ut hordeũ primo decorticatum siccatumq; mãducet. Præmonendũ autem est, ne iumento ex coactionis iniuria laboranti pulses uenas calenti. continuo enim neruorũ contractio & debilitas cõsequitur. Oportet aũt armos eorũ & genua uino calido & oleo tepido suffundere, totumq; corpus multorũ manibus diutißime cõfricare, & loco statuere tepido, mollia de siccato stercore uel de paleis strata præbere. Posteriorẽ ptẽ flebotomo laxis nõ oportet cõtingi, ne penitus euirẽtur. Qđ si uenæ in cruribus tumẽt, et plenæ sunt humore, de coronis sanguis auferatur.

al's † furfurẽ

De diuersis passionibus uentris. Caput .XXXIX.

NOn minus multæ & obscuræ ualetudines in internis animaliũ quã hominũ existere consueuerunt. Imò si uerũ quærimus, propè pares atq; consimiles sumus. Nam animalibus quia rationales sumus, sola mente præstamus: corporis uero natura cõmunis est, maxime in doloribus. Dolorem uentris in iumentis Veterinorũ impitia putat facile posse curari, quod graue, nescit, Et ex uentositate, uel constipatione uitiũ, torsiones uocãt & interiorũ incisiones. quibus aut præcantationes anicularũ more, aut aliquod quasi physicũ remediũ adferre conantur. Cũ quidenim intrinsecus iumentis dolere inceperit, statim se allidũt & uolutãt, et solius uentris creditur esse causa, cũ plures & difficiles sint passiones, ex quibus dolor & uolutatio illa contingit. Et nisi singulis pro causarum genere competens medicina subuenerit, sanitas redire non poterit. Efficaciter autem curare potest nemo, nisi qui internarum ægritudinum signa rationesq; cognouerit.

De aqualiculo .i. stomacho. Caput .XL.

PRimum uenter ipse, qui aqualiculus nominatur, totius corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioq; miscetur, ac per digestionem naturali calore decoctus, separatis humoribus, partẽ ad substantiã membrorũ conuertit in sanguinem, & partem in urinas resoluit, partemq; faeciũ trahit in stercora. Quod si loca illa præstrictio longi temporis uiciauerit, intestinorum dolor, & corruptio digestionis necessario sequitur. Nã pars humoris coagulatur ex frigore, & fit conglutinosa in præcordijs, atq; in intestinorum partibus, quæ ducuntur ab aqualiculo usq; ad collum, qđ appellatur † enteron, retinetur & hæret, quod latine ieiunũ dicitur, per quod in collũ humor pessimus transit, & interclusione sua cibũ nõ patitur ad interiores partes more solito peruenire. Hinc etiam tortura & extensio uentris dolorq; cũ magno periculo generatur: quæ passio græce emphragma, latine præoccupatio dicitur.

Causæ morbi aqualiculi

emphragma

De colo & coli dolore. Caput .XLI.

EXoritur & alia causa doloris asperior, quæ græce chordapsos appellatur, cum præclusa intestina uiscerũ uento fumóue se urgente colligãt,

Chordapsos

usq; eo, ut aquã, & cibum, & stercus animalia etiam interdũ reuomere cogãtur. Præterea ad similitudinem hominũ propter inflatiõis iniuriã, coli quoq; dolore uexantur, propter quam necessitatẽ animalia diuerse uehementerq; uoluẽdo rumpuntur, quod curari iam non potest, & ideo moriuntur.

Cura longanonis & ilei. Caput .XLII.

ILei quoq; uitia ex perfrictione huiusmodi humoris nascuntur: qui cum intestina maiora & præcluserit, & in eorũ sinibus stercora cœperit detinere, prohibet illa ad catachlytum longanonis decurrere (Longanon aũt intestinum uocatur, per quod stercus egeritur) tunc uenter crassius uel præclusione ipsa intra uiscera increscit, ac sibimet dolores morsusq; excitat uehemẽtes, ex quo iumenta se proijciunt ac uolutant, extensisq; pedibus calcitrant. sed per impatientiam se sæpe iam iactando uentus increscit, & mixtus stercori usq; ad intestina descendit, nec iam, ut supra, rumpitur, sed iumento qđ in uitium, qui Ileos uocatur (ex eo, q̃ intestina locis suis exclusa, aĩal quasi elices facere faciunt) inciderit, ea ualetudo periculosa est, nisi cum celeritate subueneris. Huiusmodi autem sunt adhibenda remedia: Aqua calida renes animalis diutissime fomentabis, fœnumq; cum calida, ut uapor magis penetret, frequenter apponis, post cilicijs diligenter absterges, oleum uetus & picem liquidam, & oleum laurinum misces, calefacies, & diutissime perfricabis, ita & testiculos eius perunges, & in auriculas calidum medicamen infundes. Tam diu autem fricabitur, ut sudare incipiat & uentũ emittere, ex quo spes ostenditur sanitatis. Quod loco calido statues, ac sagis cooperies diligẽter, hanc daturus quotidie potionem; Piperis grana quinquaginta, petroselinum quantũ quatuor digiti comprehendunt, cimini alexandrini tantũdem, cimini quoq; afr. cani tantundem, semen apij, murram, nepitam, trixaginẽ, æquis ponderibus, quibus ad dimidiam omnium partem nitrum admiscere te conuenit. Quæ omnia bene trita ex uino calido & oleo æquis ponderibus, et melle quantum satis fuerit dabis. Hæc autem potio & calefacit, & uentrem resoluit. Quod remediũ si tardius subuenerit, saccellos cum furfure calentes per totum dorsum & renes animalis imponis. Clysteriabis etiã ex aqua calida & oleo, quod cum sale & melle afro, et nitro, quoq; miscebis, & ita uentre laxato & stercora emittuntur & uentus. Quod si clyster defuerit, sal bene tritum

ne tritum

...ae tritum & mel coques, pastillosq; longos & duros facies, & in anum iumenti interius immittes. Quae res omnem spurciciem humoris intus stantem abstrahit, & ad sanitatem perducit, nec est aliud q̃d magis ualeat subuenire.

Causæ & curæ strophi. Caput .XLIII.

SVnt animalia quibus aßidue uentris impendit dolor, qui strophus appellatur, & hac ratione concipitur. Interdum sudor animalium uel nimio cursu, uel labore profluens, in internis residet intra uentris intestinorumq; compaginem, q̃ punctiones doloresq; præstat interius. Et cũ totũ à labore cessauerit, ac refrixerit corpus animalis, cessat & dolor. Sed cũ .i. labore calefieri cœperit, rursus exoritur, & ideo strophus uocatur. nã frequenter uolutatur, et cũ surrexerit, terrã pedibus tundit, & interdũ terrã quasi manducare conatur, et iacẽs uidetur quasi pusillũ requiescere, et surgẽs citius ãbulare se cogit. Sed ex hac iniuria frequẽter uolutãdo uẽtũ sibi nutrit intrẽsecus, et fit tympanites, ex quo et iumentũ rũpitur, et præsens uitæ piculũ cõsequitur. Q̃d uitiũ si in ppetuũ auferre uolueris, paracenthesim facies sic: quatuor digitis sub umbilico ueretrũ uersus, medio climate uẽtris sagittã inijcies ut non solũ cutẽ, uerũ etiã periconiũ ipsum aperias. Periconiũ enim dicitur membrana quæ intestina omnia continet. Ad mensurã autem cũ magna cautela periconium aperies, ne intestina lædas, & præsens discrimen inferas. Post exempta sagitta subijcies fistulã centimalem, quã Mulomedici portare cõsueuerũt, minutis foraminibus multisq; pertusam, p quã foras humor emanat, quẽ suscipies in uase, et inuenies limpido lotio similẽ, tolles uero non minus sextario. Hæc cura etiã illa animalia sanabit, quæ uel stupida uel macra sunt ex coactiõe longi tpis, q̃bus nitrũ diligenter cribratũ in hordeũ debes aspergere, q̃d omnes asperrimos humores et spurcicias corporis purgat. Sed strophosis dabis potionẽ superius declaratã plurimis diebus. Etiã acopo termãtico renes eorũ, totũq; corpus punges, et diebus aliquot à pluribus facies cõfricari. Ad ultimũ renibus eorũ causticũ induces, et sic reuoces ad laborẽ.

De lũbricis, cossis, tineis, et pediculis. Cap. XLIIII.

INtolerabilẽ dolorẽ itestinis inferũt lũbrici, uermes, et tineolæ, quas alij pediculos appellãt. Nã coagula et aqualiculũ itus erodũt et uulnera faciũt. ex q̃ necesßitate aialia macrescũt, et coriaginosa fiũt, et sine febre nõ erũt

Signa & celeriter moriuntur. Huiusmodi paßionis signum est, cũ inuenitur humor in ano fabæ coctæ similis; est nãq; sanies ex illis uulneribus quæ bestiolæ intrinsecus fecerunt. Ieiuna animalia ex hac neceßitate uehemẽtius torquẽtur. Nã cũ his deest cibus, magis uitalia consumũtur à uermibus. Hi nõ sunt inflati, & tamen per dolorẽ se uolutant, et in spinã se proijciunt, & caput sibi intra pedes mittũt, & ostendunt doloris sui locũ, dentibus ilia sibi quasi scalpunt, & rodunt nonnũq; lumbos, & caudam parietibus confricant. Cũ ista signa ostendere cœperint, & crebro clamare, hoc est, uehementer hinnire, Signum mortis scias eos iam morti esse uicinos. quibus adhibetur ista curatio: Olei uiridis et amari sextarios 2. fasciculũ absynthij pontici e oncoques. præterea nasturcij seminis, santonici, coriandri seminis, radicũ seminis, sinopidis pontici uncias singulas, mirtis & fœnigræci selibrã: hæc infusa et decocta in oleo illo facies permanere, ex quo heminam olei, & aquæ tepidæ heminã dimidiam per cornu dabis. quæ uirtus medicamentorũ, & lenitas olei animala ipsa intus occidit, & foras eijcit. Ex qua potione si per multos dies acceperit, p̃mixto nitro tunso & castoreo, oẽs lũbricos & tineolas & uermes discludit à corpore, et cũ stercore eijcit, & restituit sanitatem. Alia potio ad lũbricos, tineolas, & cossos: Santonici, absynthij pontici pulueris, lupini crudi, seminis nasturcij, scobis cornu ceruini, seminis radicũ uncias ternas, sinopidis pontici pastillos tres, pollinis erui uncias 3. uini austeri sextarios trẽs, olei hispani sextarium unũ, opopanacis unciã 1. seminis coriandri heminã: hæc omnia diligẽter trita decoques, & quotidie ieiunis heminãs singulas dabis.

De clysterijs ad curam lũbricorũ & tinearũ. C. XLV.

SEd quia pestes ipsæ sæpius ad coagula se conferunt, & potio quæ per os data, ad loca ubi morantur rarius peruenit, ideo etiam per anum adhibenda sunt clysteria: aceti acerrimi sextariũ unũ semis, olei uiridis tantundem, opopanacis unciã 1. centaureæ uncias 2. absynthij pontici uncias 3. santonici uncias 3. farinæ lupini crudi uncias 3. erui uncias 3. seminis rafani, seminis coriandri uncias ternas, nitri triti uncias 3. radicis capparis tunsæ uncias 3. hæc oĩa decoques cũ oleo & aceto, & per triduũ singulos sextarios bene calentes per anũ de clystere diffundis animali. Memẽto aũt quoties per os potionẽ das, animal contra cliuũ teneri debere, ut facilius quod acceperit ad interiora

interiora descẽdat. Quoties aũt clysteriabis, caput animalis in ualle statues, & clunes ad altiora conuertes, ut quod per clysterem diffundis ad interiora perueniat. Diutißime aũt post potionẽ in talibus locis animal retinetur, ut sa cilius necentur uel eijciantur pestes internæ. Ad cossos & lumbricos specialis potio. Herbæ cameleontis radicem ex aqua ad tertiam decoques, et cũ opopanacis duabus uncijs misces, ac uini heminã, & ad cornu per sinistram narem diffundis. Item alia ad lumbricos. Seminis coriandri quantũ una manus cœperit friges, nasturcij quoq; seminis tantundẽ diligenter teres, quæ utraq; cũ aqua tepida per triduum faucibus infundes. Ad matricis dolorem medicamen. Aloe, epaticũ, masticẽ, castorcũ, lauri baccas, amoniacũ, uino & melle mittis in ollam, & bullita atteres, dabisq; ad bibendum.

De iumentis calculosis. Caput .XLVI.

SI quod iumentũ calculosum fuerit, hæc signa monstrabunt: torquetur, gemet, extendet se ad conatum mingendi, stillat ueretrũ eius guttis materiam, modicum mingit & plene mingere nõ potest, quod quotidie patitur. Sed huiusmodi uitiũ teneris ætatibus plæruq; contingit, quod sic inuenies: Manũ ad interiorẽ partẽ mittes, et à ceruice uesicæ sub ipso ano ad hippocentaurũ uersus palpabis digitis, & calculũ ibi inuenies. Quod uitiũ difficile curatur. Nam interdũ nimio conamine prope ipsum anũ uesica disrũpitur, & lotiũ per anũ emittit, & quasi aquæ adsimilatur. Ideoq; missis digitis per foramen quod fecerit, longanonis & ipsius uesicæ aculeo calculum eximis, & curabis clysterijs collecticijs, id est, quæ glutinent, ut foramina illa sanentur. Potionabis aũt illos duritica potione. Difficilis aũt huiusmodi cura est. quia uim patientes ex corruptione uesicæ tortione moriuntur.

Signa morbi

cura

De emphragma. Caput .XLVII.

QVodcunq; iumẽtum ex qualibet causa inueneris uolutare, oleo manum perunges, & ipsum anũ oleo satiabis: post quod manũ in interiorem partem longanonis protendis, & si inueneris ipsum longanonem clibano subtili patere, scias eũ strophũ pati, & continuo stercora eijcies paulatim ad manũ, quibus egestis cito noueris animal percurandũ. Si uero manu imecta longanonis præclusionẽ inueneris, & stercoris mod cũ, hoc est, duas aut tres pillulas squibala, et præfocatũ longanonem qua manus uix

emphragma [illegible]

introeat, scias eum emphragma pati et periclitari, & ideo curandi sunt renes medicaminibus suprascriptis, & clystere utendum, quod indignationem intestini resoluat & curet.

De ileo. Caput .XLVIII.

SI manum inieceris, & totum uentrē tympano similem pertractando senseris, scias eum ileum pati, & cito periclitari. Et ideo unctionibus calidis fricandus est uehementer & diu. Si uentum cœperit emittere, tūc in illo spes incipit esse uiuendi.

De dolore uentris. Caput .XLIX.

ITem si manum miseris, & inueneris ualde pati longanonem, & stercora nō multa habere, nec esse uehemēter inflatū, scias ipsum uentrē dolere, id est, aqualiculū. Cito requiescere solet, si celeriter supradictas et calidas acceperit potiones, diligenterq; ex calido unguēto fuerit pfricatū. Si morā curatiōis non abstuleris, difficile euadet. nā ex hac passione chordapsus fieri cōsueuit.

De dolore coli. Caput .L.

SI manum miseris, et similiter longanonē pati sine ulla inflatione repereris, & non frequenter uolutantem se, sed proijcientem subinde in dexterā partē, et quasi extēsionem interdū ad conamē minctiōis, inuenies duriciem in intestinis ingentem cucurbitæ similem, scias animal coli dolore uexari: & quanto durius intestinū inueneris, tanto pluribus diebus dolore cruciatur. Ex qua causa raro periclitantur, & dolent biduo, uel triduo, uel sinimū quinq; diebus. Sed quāto inueneris molliorē ipsum locū, tāto uelocius mitigabitur dolor. nā quædā stercora in lōganone repies, et erit salubris curatio si post clysterē uel potionē multū stercoris adsellatus ediderit. quo facto, statim intestinū, quod à colo induratū fuerat, & tumebat, nō apparebit redditā sanitate.

De dolore uesicæ Ca. LI.

de uesica inuersa — SI currendo fuerit inuersa, similis dolor sine inflatiōe ex cursus iniuria & nimietate frequēter emergit. Huic manū subijcies in anū, & deprimes usq; ad ueretrū uersus, ubi inuenies uesicā eius lotio plenā, quā à dextra & sinistra pte lenter adducis sursum ad anū uersus cū oleo, et minctionem

ctionem prouocas, tã diu donec urinã faciat: liberabitur piculo de quo animalia diffici'e euadũt.

Colli & lũbrici qua cura tollant ad manũ. C. L II.

Sunt alij qui assidue dolorem uentris patiuntur sine ulla inflatione, nec uehementer se uolutãt, & quasi in cursu prouocãt, aliquãdo se proijciunt, et ilia sibi corrodũt, et quasi scalpũt. In huiusmodi dolore manũ imittis in longanonẽ p circuitũ et interiore pte p plurima loca diligẽter tentabis, & inuenies uermes collectos exisse in singulis locis, et intestinũ pertundere. Ex qua necessitate nascitur dolor periculosus. Digitis euelle eos, q quidem uix euelluntur, & ipsa tibi in manu cohærẽt ut difficile eos proijcias. ex qua ratione multa iumenta caudam frequenter parietibus fricant, propter morsum uermium, quos purgare de longanone studiose debebis, & potionẽ dare per plurimos dies eam, quæ ad lumbricos faciat, ita omnes uermes, quos cossos appellamus & tineolas purgabis. Similiter etiam qui lumbricos habent in uentre, sic eos conuenit mederi; Pice liquida & oleo calido renes & totam spinam cum dorso perfricari oportet tam diu, donec calefactionem patiantur ex manibus. & auriculas eorum et anum ex oleo complebis. uentrem quoq; & testiculos perunges, sal tritum cum melle decoctum mixtum in anũ subijcies, animal potionibus crebris ambulatiõibus potionatũ exercebis. Si ex hac ratione non mitigauerit, clysteriabis eũ calida, & afronitro et sale. Præterea super renes & dorsum saccellos calidos ex furfure plenos imponis, & tam diu innouabis calefactionẽ donec uentum reddat. Potionabis eũ potionibus supradictis & clysterijs ut à discrimine liberetur.

De syncopatis & confixis. Caput LIII.

Si quod iumentum syncopauerit his agnoscitur signis: Pigrius ambulabit, tanquam suffusione constrictum. Inter suffusos autem & syncopatos hæc distantia est, ut suffusi licet tardius à terra leuent pedes, flectentes crura incedere solent: Syncopati autem uniuerso corpore constricti & rigidi sunt, etiam cum se proijciunt, non sine gemitu & toto corpore decidunt. Hi uero non sine febre erunt, cibum & potum fastidiunt, magis iacere cupientes qui cum se leuare uoluerint, impetu conantur exurgere, sed propter dolorem omnium membrorum tardius exurgunt. Quod contingit

ex magno

ex magno labore & cursu nimio, uel ex humoribus nimijs, cũ plurimus sudor fatigatis neruis mẽbra conquasset, unde syncope, id est, defectio nascitur: Cura cuius ista curatio est. Calida cum flore fœni eũ fomẽtabis à spina, armis, et renibus, tepefactumq; diligenter tergendo siccabis. Tunc uino et oleo calido totum perũges, diutißimeq; confricabis: coopertũ deinde locis calidis statues, molliaq; substernes ut dormiat. Quod cũ per triduũ feceris, hac potione refouebis. Mirræ uncias 2. dragãti uncias 4. croci drachmas 4. meliloti unciã unã, anagallici librã, thuris masculi pondus unũ. quæ omnia cribrata in puluerem rediges, ex quo duo coclearia cũ aquæ calidæ hemina, & mellis coclearibus duobus, et olei rosei cyathis duobus potionẽ dabis plurimis diebus, donec sanum fiat. Etiam uulsis hæc potio, & tensione laborantibus prodest.

De his qui sanguinẽ per nares mittũt. Ca. LIIII.

SAepe ex cursu nimio iumẽta sanguis infestat, & per nares emanat, qui difficile ueluti ruptis uenis labore & calore substringitur, & uelocißimam etiam postulat medicinã. Succũ itaq; uiridis coriandri, uel si defuerit, porri satiui succũ in naribus periclitantis infundes. pollinis triticei drachmam, thuris puluerizati drachmã 1. anagallici unciã 1. amyli semiunciã, commixta & in tres partes diuisa, ex uino nigro suffundes naribus, sanguinemq; præcludes.

De infestatione sanguinis. Cap. LV.

Signa ANimal sanguine laborare hæc signa declarant: Oculi tumebunt, frigidum erit corpus et ceruix, tristitia fastidiumq; iungetur, difficileq; curabitur. Hac ratione curandum. A cibo potuq; temperabitur, somniq; indulgebitur copia mollibus stratis, tum de matrice quantũ ratio postulauerit sanguis auferatur, nec potionis cura cessabit. Cura Succũ itaq; uiridis coriandri, uel si defuerit, porri sectiui, trixaginis quoq; & centaureæ uiolaceæ, & nitri æqui ponderis mixtura inungitur. Ex quibus tunsis atq; cribratis diurnũ cochleare ex hemina aquæ tepidæ infundatur faucibus. Quæ potio humores & sanguinẽ, ĩminentesq; alios morbos purgat, ꝓhibet et sanat.

Quę adhibẽda diligẽtia, ut aĩalia sana perdurent. C. LVI.

OBscuras difficilesq; curas prima fronte digeßimus, consequenter ad cætera pergentes; sed necessarium credimus ostendere rationes, ex quibus

quibus incolumitas iumentorum incorrupta seruetur. Melius enim est diligē
ti studio custodire sanitatem, quàm ægritudinibus præstare remedia. Diligēs
itaq; dominus stabulum frequenter intrabit, & primū dabit operam ut stra
tus pontilis emineat, ipsumq; sit non ex mollibus lignis, sicut frequenter p im
peritiam uel negligentiam euenit, sed roboris uiuacis duricia & soliditate cō
pactum. Nam hoc genus ligni equorum ungulas ad saxorū instar obdurat.
Fossa præterea quæ lotium recipiat, deductoriū debet habere cuniculum, ne
pedes iumentorum redundans urina contingat. Patena, quæ appellatur, hoc
est, alueus, ad hordeum ministrandū sit munda semper, ne sordes aliquæ ci-
barijs admisceantur et noceant. Loculi præterea uel marmore uel lapide uel
ligno facti distinguendi sunt, ut singula iumenta hordeū suum ex integro nul
lo præripiente cōsumant. Nam sunt animalia ad edendū auidißima, quæ cū
celeriter propria deuorauerunt, partem consortis inuadunt. Alia uero natu
rali fastidio tardius comedunt, & nisi separatim acceperint, uicinis rapienti-
bus macrescūt. Cratis, quæ iacea uocatur à uulgo, pro æquorū statura nec ni
mis alta sit, ne cū iniuria guttur extendatur, nec nimis humilis, ne oculos con
tingat aut caput. Luminis plurimum stabulo infundi oportet, ne tenebris as-
sueta, cū producuntur ad solem uel caligent, uel aciem uisus imminuant. Ae-
state in apertis locis tā noctibus quàm diebus iumentis libera aura præstan-
da est. Hyeme uero tepere debent stabula potius quàm calere. nam nimius ca
lor licet custodiat pinguedinem & reficere uideatur, tamen indigestionem fa
cit, & uehementius nocet naturæ. Propter quod diuersa genera morborum
ex uapore ipso animalibus generantur. Si producuntur ad frigus insolitum,
statim ægritudinem ex frigoris nouitate percipiūt. Curandū est præcipue, ut
siue fœnum, siue paleas, uel manipulos uiciæ pro regionum usu uel copia ani
malibus præbeas, incorrupta ac bene olentia & munda mittantur. De hor
deo quoq; non erit sollicitudo dißimilis, ne aut puluerulentum sit, aut lapi-
dosum, aut mucidum, aut uetustate corruptū, aut certe recens de areis sum-
ptum, & ipsa nouitate præferendum. Aqua etiam limpida ac frigida, etiam
perhennis ac profluens ministranda est. Nā quicqd importunius fluit, uirus
non admittit. Bis in die multorum manibus animalia sunt toto corpore con-
fricanda: quæ cura & mansuetudinem docet, & laxata cute pinguedinis
præstat augmentum. Hordeū quoq; non semel nec bis, sed pluribus portioni

bus præberi conueniet .quicquid enim paulatim acceperint, legitima digestione conficiunt. Quod uero semel et enormiter sumpserint, cũ fimo indigestũ integrũq; transmittunt. Vicinum uero stabulũ conuenit esse loco arido, stercore uel paleis mollibus adopertum, in quo ante potum animalia uolutētur. Quod exercitium & sanitati proficit, & ægritudinis uitium commonstrat. nam quoties animal, aut non solito more se transuoluit, aut omnino detrectat accumbere, scias illud ex tædio laborare, & ideo separari debere, atque curari. Ad quod opus quoque plurimum iuuat, si sæpius & cum moderatione animalia sedeantur. Nam imperitia rectoris & incessus eorum debilitat, & mores, præcipue seruorum impatientia, qui absentibus dominis ad cursum equos uehementer stimulant, & non solum flagellis, sed etiam calcaribus cædunt, dum aut inter suos uelocitatem cupiunt experiri, aut cum alienis uehementi obstinatione contendunt, nec reuocant aliquando currentes, nec temperant. neque enim de damno domini cogitant, quod eidem contingere gratulantur. Quam rem diligens paterfamilias summa seueritate prohibebit, et iumenta sua idoneis & moderatis hominibus, scientibusq; tractare committet. Post sudorem quoque si æstus sit, pusca os ablui conuenit: si hyems, muria. Vinum quoque & oleum faucibus infundi oportebit ad cornu, æstate frigidum, hyeme tepefactum, ita ut hyeme meri sextario, olei unciæ tres, æstate autem duæ tantummodo misceantur. Nec conuenientium potionum debet cura cessare. nam languor, macies, & tußis, & internorũ dolor facile submouetur, si sulphuris uiui semunciã .i.ℨ 12 myrræ ℨ 4. redactos in puluerẽ, ouoq; crudo imixtos cũ hemina uini optimi p os dederis. Est alia sumptuosior, sed accõmodatior potio ad oẽs morbos, quæ et celeriter reficit et cũ intrĩsecus purgauerit, curat oẽs morbos, tußim ueterẽ, phthisicos, uulsos, et quæcũq; uexata sunt in opertis. Ptisanæ sextariũ 1. seminis lini heminã, fœnigræci heminã, croci unciã 1. acronẽ salsum porci pinguis, uel lõganonẽ, uel si porcina defuerint, caput hædinũ depilatũ, cũ pedibus suis, et cordulis intestinorũ mũdis, hyssopi fasces duas, cochleas germanas xv. bulbos xv. ficus duplices xx. rutæ fasciculũ 1. baccarũ lauri cũ uirẽt sextariũ, dactylos xx. allij capita tria, seui caprini uncias 6. pulegij sicci fasciculũ; hæc oĩa purgata leniterq; cõtusa decoques in aqua cisternina, donec acron ille, uel certe caput hædi liquescat et dissoluatur ab oßibus. propter quod aßidue aquã refundis

ſundis ne cõburatur, ſed feruẽdo pingueſcat, uel ſuccus ipſe pinguior efficiatur. Poſt hæc diligentiſſime colabis ad colum, tũ draganti unciã 1. in tres diuides partes, ita q; ex inde in unã potionẽ miſſurus es pridie infundas in calidã ut inturgeſcat. tunc addis paſſi ſextarios 3. & tribus diebus ſigulos ſextarios dabis, oua numero ſex, († indie ſecundo olei roſati oua plena nũero 2) butyri uncias 3 (In die tertio) anagallici uncias 3 amyli uncias 3. pulveris quadrigarij ſelibrã, lomenti fabæ ſelibrã. Quæ oĩa miſces, ut dictum eſt, æquis ponderibus p triduũ diuides, & ieiunũ aĩal potionabis, et horis aliquot deãbulare facies, uſq; ad ſeptimã, à cibo abſtineatur & potu. Animalia uero macie attenuata, nõ abſq; ſtudio diligenti reuocantur ad corporum firmitatẽ. Nã oleo ueteri uinoq; permixtis, & tepefactis in ſole, per totum corpus unguntur, & contra pilum multorum manibus perfricantur, ut & nerui molleſcant, et cutis laxetur, & ſudor erumpat. Quo facto cooperta in pontili ſtrato collocentur. Et ſi hyems fuerit, condita cũ ſemiuncia appij ſeminis triti, & olei tribus uncijs calefacta p os ipſius oportet infundi. Si æſtas fuerit, abſynthiũ uel roſatum cũ 4 ſcrupulis croci, & duabus uncijs olei frigidũ p os ſimiliter debet accipere. Quorũ ſi nõ ſuppetit copia, uinũ ſimpliciter conuenit præberi cũ cæteris. Præterea eiuſmodi ſpecies tpe hyemis cũ hordij modijs 4 miſces, fabæ ſextarios 8. tritici ſextarios 4. ciceris ſextarios 8. fœnigræci ſextarios 4. erui ſextariũ 1 & ſi meritũ equi uel facultas domini ſuppetit, uuæ paſſæ et nuclei ſextarios ſingulos. quæ omnia ſollerter cõmiſta cũ fuerit, unũ modiũ in aqua mundiſſima pridie debes infundere, et paululũ mane ſiccare, ex quo equo ſemimodiũ ante prãdiũ, et ſemimodiũ ad ueſperã dabis p plurimos dies in loco optimo. uiginti uno die ita ſtabuletur ut intrinſecus bibat. Quod ſi ultra modum ſagina prouenerit, ne pletura noceat auferendus eſt ſanguis à matrice. Præterea graminum radices, quas aratrum frequenter euellit, ſtudioſe collige, et quàm poteris longas minutatim concide, hordeoq; cõmiſce, et quotidie præbere nõ dubites. Aeſtate uero, excepto eruo, ſpecies illæ quas diximus, pro æſtimatione menſuræ ferragines adinuicem præbeantur, hoc eſt, hordei uiridis plures maioresq; faſciculos, tritici uel ciceris uel fœnigræci minores & pauci. Quæ oĩa cõtuſa oportet apponi. Præcauẽdũ tamẽ ut in lõgiore uectatiõe uel itineribus, iumẽtis urinæ copia nõ negetur. quæ res nõ ſine piculo plerũq; differtur. Pedes quoq; eorũ poſt uiã eruendi ſunt diligẽter, ne quid luti

E 2 uel ſord

uel sordium in articulis basiq; permaneat. Vnguēto etiam confricādi sunt, quo ungulæ nutriantur, & medicaminis beneficio subcrescat quod itineris attriuerat iniuria. Allij capita tria, rutæ ueteris fasciculum, aluminis scißi et cribrati uncias 6. axungiæ ueteris pondo 2. stercoris asinini recentis manū plenam, quibus cōmixtis atq; decoctis domi, ut uolueris in itinere uteris ad uesperam. Præterea aliud quod ungulas nutrit & firmat. Picis liquidæ libras 3. absynthij librā 1. allij capita 9. axūgiæ librā 1. olei ueteris librā semis aceti acrioris sextarium unum, uniuersa contundes & misces, et decoques, & ex eo coronas uel ungues animaliū confricabis. De palatis singulis mensibus minuente luna sanguis detrahetur. quo facto si qua est capitis paßio reuatur, & ciborum fastidium tollitur. Oportet autem ferramento concisorio animalium soleas ramulasq; purgari, quod euaporat atq; refrigerat, & fortiores ungulas reddit. Si animal domi forisq; perfrixerit, calidioribus unguentis, quæ multa sunt, lumbi eidem confricentur & cerebrū, potionibusq; & pigmentis, & herbis quarum feruentior est uis, per os continuo oportet infundi, ut perfrictionis incommodum euincatur atq; pellatur. Nā si in uisceribus permanserit algoris iniuria, diuersos, periculososq; procreat morbos. Si uero dierum canicularium tempore æstu animal fatigabitur, uel aquis frigidis est perfundendū, uel in mare flumen ue mittendum. frigidis etiam potionibus recreandum, ut neceßitati laboris aut temporis aptior medicina succurrat. Sed in equis non solum utilitas, uerum etiam decoris ratio seruāda est. Nunquam itaq; nisi neceßitas paßionis exegerit, de articulis resecandi sunt cirri. Naturale enim ornamentum pedum natura in illis constituit. Ceruicē etiam ipsam diligens debet ornare tonsura. Multi enim sicut currulibus, ita & sellaribus iumentis preßius colla radunt. Quæ res licet præstare creditur augmentum, tamen sub honesto sessore deformis est. Alij ita tondent, ut arcū uideantur imitari. Nonnulli Armeniorum more crines aliquos in tonsura ipsa per ordinem derelinquunt, Sed gratiora sunt quæ translata de Persis posterior usus inuexit. Nam media iuba ad omnē accurationem ex sinistra parte tondetur, à dextra uero omnino infecta seruatur. Et nescio quo pacto plurimū deceat, quia illud quod naturaliter laudatur Vergilius imitatur:

Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.

Quod si bicomis fuerit, ut uulgus appellat, mediæ ceruicis setas æqualiter oportet

portet attondi, ita ut tam dextri quàm sinistri limitis continuata serie iubæ relinquantur intactæ. Quod nihilominus inuentum constat à Parthis, quibus consuetudo est equorum gressus ad delitias dominorum hac arte mollire. nõ enim circulis atq; ponderibus prægrauant ut soluti ambulare cõdiscant, sed ipsos equos, quos uulgo Trepidiarios, militari uerbo Tottonarios uocãt, ita edomant ad leuitatem, & quædam blandimenta uecturæ, ut Asturconibus similes uideantur. In sicco itaq; æqualiq; solo quinquaginta passus in longum, & qnq; in latum plenis cophinis digeritur per ordines creta, ad similitudinẽ stadij, quod aulicibus asperius sit, tum difficultate coronam uelocitatis optantibus ingerit, in quo spacio cum equus frequẽtissime exerceri cœperit, in illos aulices necessario offendit, et priores & posteriores ungulas impingit, et aliquãdo uel cadit, uel sic offendit ut cadere uideatur, post quod admonitus iniuria, tollit altius crura, & inflectione geniculorum atq; gambarum molliter uehit. Præterea minutos gressus imitatur, ut inter aulices ungulas ponat. nã si extendere uoluerit, offendit in cumulum. Minutim autem equus ambulãs commodius uehit, & pulchrius uidetur incedere. Potiones etiam hyemales æstiuasq; conscripsimus, quibus aut conseruetur sanitas perpetua, aut uehemens ægritudo pellatur.

Tartrii qd faciant

Trepidarij uel tottonarij

Asturconum

Potio æstiuo tempore danda. Ca. LVII.

DVm æstus incanduit, hæc potio animalibus commoda est, quia humectat & refrigerat: Croci unciã unã infundes in uino ueteri, dragantis uncias tres infundes in aqua calida, his adiunges fasciculũ uiridis porri I. item fasciculum uiridis apij, herbæ portulatæ succi heminam, lactis caprini sextarios tres, oua septem, olei rosei librã, mellis uncias 3. passi sextariũ I. uini ueteris quod sufficiat. Ex quibus omnibus diligenter commistis atq; contritis, ad cornu per triduum sextarios singulos animalibus dabis. Alia quoq; refrigeratoria potio: Vini ueteris sextarium, olei librã semis, oua tria, succi coriandri cyathum I. lactucarum cyathũ I. sollerter admisces, & in tres diuides partes, daturus per triduum iumentis æstuantibus salutare remedium. Tamen eo momento quo potionem defusurus es, per singula animalia singulas heminas aquæ frigidæ & recens sumptæ potioni debes adiungere.

Potio hyemalis Caput .LVIII.

HYeme quoq; potio ista praebetur: Vini ueteris sextarios 3. olei selibrã, pipis unciã 1. rutae uiridis uncias 6. cerefolij uiridis uel seminis ipsius uncias 3. draganti uncias 3 seminis feniculi uncias 3. baccarũ lauri unciã 1. mellis uncias 6 oua quot uolueris, et passi quantum usus exegerit.

Potio in Autumno et uere praebenda. Ca. LIX.

COsti semiunciã, cassiaefistulae unciã, celticae semiunciã, petroselini semiunciã, betonice semiunciã, glicericae semiunciã, sagapini semiunciã spicae indicae semiunciã, saxifragae, eupatorij, meliloti, irisillyricae, ana semiunciã, centaureae, gentianae, aristologiae longae, ana unciã 1. amomi, aristologiae rotundae, ana semiunciã, scinoanthos semiunciã, asari, aloe, ana semiun. murrae unciã, opopanacis, radicis draconteae, ana semiun. croci unciã, dragãti unc. 6. castorei unciã, absynthij põtici fasciculos 2. haec oĩa in puluerẽ redacta ad. xij. aĩalia p triduũ sufficere creditur, ita ut cũ uino optio digerãtur.

Potio omni tempore necessaria. Ca. LX.

COsti, meliloti, hyssopi, irisillyricae, aristologiae, sampsuci, dracontij, asari, draganti, centaureae minoris, marrubij, gentianae, spicae celticae folia, aequis ponderibus misces, redactaq; in puluerem cernes. sed si aestiuã dare uolueris potionẽ, cõmisces croci, mellis, et dragãti quod sufficiat. Si aũt potionẽ facies hyemalẽ, addis, piperis, appij seminis, et semis sinapis. utroq; aũt tpe cũ boni uini sextario plenum cochleare miscetur, faucibusq; animaliũ diffunditur.

De difficultate urinae. Ca. LXI.

DE urinae difficultatibus ordine suo multa dicenda sunt, sed uiatorium istud, & physicum, & semper paratum te scire conuenit. Lutũ ex cuiuscũq; equi lotio factũ uino pmisces, colatũq; p nares infundes, et confestim prouocat urinã. Itẽ allium conteres et in anũ inicies et ueretrũ, mox egerit lotiũ. Itẽ, Puluerem quoq; thuris cũ ouo uinoq; pmixtũ, addito succo apij et cauliũ, si potionẽ dederis, prouocabit urinã. Itẽ, Betas ac maluas ad tertiã decoques, ex qbus aquã calentẽ ad med ũ sextariũ cũ melle cõmisces, et p os digeres, proderit minctioni. Itẽ, Cimicẽ quoq; uiuũ in aurem

equi mit

æqui mitte, et alterum supra naturam in ipso foramine quo mingit confrica, facillimum certumq; remedium est.

De stropho. Ca. LXII.

Itinerum casibus subuenire cupientes, de pluribus pauca, sed manifesta libabimus. Nã aĩalia sub sessore uel onere dolor uentris frequenter affli git, ut uolutentur et procũbant. Semẽ itaq; rutæ syluestris uel hortẽsis si illa defuerit, diligenter tritũ cũ uino calido per fauces oportet infundi. Præterea aquã in qua usq; ad tertiã betæ decoctæ sunt, succũq; earũ nitro trito solerter admisces, oleũq; addes heminã, tepefactãq; in intestinũ per clysterẽ diffundes, cũ prius pronũ aĩal statueris, ut iniectũ ad interiora perueniat. quæ si forte defuerit, mel coctũ cũ tertia pte salis triti cogis in pillulas, ita ut collyria ad oui magnitudinẽ facias, similiterq; prono aĩali in intestinũ uel qnq; uel septẽ, aut nouem collyria inserere curabis. post soluitur uẽter et mitigatur dolor. Item, physicũ traditur os limacis neq; manu immunda, neq; terra, neq; dente contactum alligare umbilico dolentis curare continuo.

De dorso curando. Ca. LXIII.

Plerunq; dorsum aĩalibus aut sarcina lædit, aut sella, propter stramẽti negligentiã uel oneris iniuriã. qđ in itineribus interdũ necesse est eueni re, sed recẽs tumor hac ratiõe curatur: mallonẽ ceparũ uel ipsas cepas in feruenti aqua decoques, et calẽtes quantũ coriũ ualet sustinere, tumori supponimpones, et fascia ligabis. una nocte oĩs aufertur inflatio. Præterea sal tritum cum aceto miscebis, addıтq; uitello oui, loca quæ tumere cœperint perfricabis, recens indignatio destricta siccabitur.

De probatissima potione diapente. Ca. LXIIII.

Vi cure est aĩaliũ salus, potionẽ supius declaratã, quã specierũ nũero diapenten græco uocabulo nũcupãt, Gentianæ, aristologiæ, murræ, baccarũ lauri, rasuræ eboris, paria pondera diligenter trita atq; pmixta, domi, siue in itineribus prius cõdita, habere oportet in promptu, ut quoties mœstũ aut horridũ uideris animal, aut morbi alicuius labe tentatũ, statim plenũ cochleare ex puluere memorato cum sextario uini optimi p fauces diffundas, et p triduũ, etiã equo in labore constituto, digeras, ut aduersus uirus internum subueniat. probata curatio. Tussienti autem cum pasti hemina dabis, & statim sentiet curam. Si liber, cui iam ponendus est finis, legen-

tium non offendit auditum, ſequenti uolumine inchoantes à uertice uſq; ad ungulas ex diuerſis authoribus enucleatas animalium publicabimus curas, ut ordo, qui à natura datus eſt, in medendi diſpoſitione ſeruetur, ne indigeſta ac membrorũ conſequẽtiæ repugnãs pagina quærentẽ confundat aut tardet.

FINIS LIBRI PRIMI.

IN SECVNDVM ARTIS VETERINARIAE VEGETII LIBRVM, PROLOGVS.

Vlomedicinæ ars iamdudum uitio cupiditatis, et exiguitate mercedis, nullo ſtudioſius diſcẽte, collapſa eſt. Nũq uero exemplo Hunnorum ſiue gentium aliarũ artis ipſius etiam uſus intercidet, dum homines refugientes expenſas, barbarorum cõſuetudinem imitari uelle ſe ſimulant, & incurata animalia hybernis paſcuis, & negligentiæ caſibus dedunt? Quæ res nulli cõpendium, plurimis attulit damnum. Primo quod Barbarorum animalium aliæ naturæ, & ad omnem iniuriam durius corpus eſt. Deinde quod ſic inſtituuntur à paruulis, ut nec potionẽ medicinalem requirant, & hybernis paſcuis uigeant, ac ſine pernicie frigora pruinasq; ſuſtineant. Noſtra uero iumenta & mollioris generis ſunt, & tectis frequentioribus aſſueta, calidiſſimis etiam ſtabulis imbuta, cum indignationem ex aliqua neceſſitate contraxerint, continuo in aliquod genus incidunt morbi. Diligens itaq; paterfamilias, cum mortibus animalium ſuorum & cum medicinæ expenſis atq; mercedibus faciat rationem, intelliget unius uiliſſimi iumenti pretiũ ad multorũ, quæ ſine dubio peritura ſunt ſi curata non fuerint, ſalutem poſſe ſufficere.

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE LIBER SECVNDVS.

DE VALITVDINIBVS CAPITIS. Caput primum.

IN VNIVERSO ANIMANTIVM genere caput obtinet principatum, quod eminentius cæteris, dominatum quendam circa loci ipsius conditionem sortitur. In eo est odor, gustus, auditus, ac uisus: quod quantum habet potestatis, tantum sustinet ex labore discriminis. Causas itaq;, ex quibus ægritudines generentur, & signa, per quæ qualitas earundem poßit agnosci: curas etiam, quarum medela sanitas reuocetur, per ordinem indicare tentabimus. Plærunq; autem in corporibus iumentorum indigestionis uitio sanguis corrumpitur: quod euenit cum ex æstu uel frigore debilitata sunt mēbra, & in capite frixus sanguis uertitur in uirus. Tunc enim repletis uenis cerebri membrana distenditur, & somni salubritatem frequenter excludit. Ex quo necessario dolor capitis, mœstitia, & imbecillitas subit. Quæ ualetudo & prima uidetur, & leuior, si uelox medicina subuenerit.

De Appioso. Caput .II.

CAeterum cum noxius sanguis membranam cerebri & ex una parte pertuderit, & eandē dolore nimio cœperit prægrauare, efficitur animal appiosum: cuius & mens hebetatur, & uisus. Nam cerebri incolumitas, & oculos pascit & sensus. In qua paßione quia una pars capitis prægrauatur, tanquam ad molam uadit in gyrum.

De Frenetico. Caput .III.

CVm uero medium cerebrum corrupti sanguinis uirus infecerit, animal freneticum redditur, ut repente saltat, & uelut effugere uelit, pa

rietibus se tanquam irregibilis impingat, nec poßit ratione aliqua confirmari.

De cardiacis. Caput .IIII.

Cardiacus is est, cui cor dolet. Cardiacus autem fit, quoties sanguinis illa corruptio stomachi uel thoracis impleuerit uenas, cerebrūq; percusserit, cor etiam pestiferi humoris labe constrinxerit. Quæ ualetudo inducit mentis alienationē, & corporis sudore monstratur. ex quo difficillime liberatur.

De rabioso. Caput .V.

Quod si Appiosum, simul paßio thoracis inuenerit, facit cōtinuo rabiosum. Ex ardore enim nimio iecinoris & sanguinis, uenæ cordis neruiq; præfocantur, ex qua constrictione fit dolor ipsius loci usq; adeo, ut mordendo se comedat. Ex quibus ualetudinibus si animal fuerit liberatum, & post curationem aliqua pars cerebri fuerit imminuta, uel tumor subcreuerit, ineptum iumentum, pigrumq; redditur. & in illa parte capitis ubi uitium remansit, difficile se gyrabit, & ex eo latere se parietibus iungit, & tarde incedens, non sentiens plagam, ambulaturæ gratiam perdit, et erit submisso capite, & cum stare cœperit cum tarditate se mouet, minus etiam uidebit, nec cibum nec potum recusat. Quem si curare uolueris, cyclo curabis. In omnibus suprascriptis ualetudinibus, primum de temporibus minuendus est sanguis, sed & de matrice aliquando tollendus. Cura aūt penè omniū similis est, cuius ordinem sequentia declarabunt.

Qua obseruatione cyclo curentur animalia. Caput .VI.

Memineris autem omnes ualetudines capitis, præcipue ueteres, periculosos, cyclo oportere curari. Cui hæc obseruātia et ordo est adhibendus: Triduo ab hordeo abstinebitur animal, temperabitur etiā mollibus cibis, post diem tertiam de dextra ac sinistra, prout ætas aut uires, ue ualitudo permiserint, de matrice sanguis auferetur. Quo facto, per triduum uiridi cauliculorum ac lactucarum sustentabitur cibo. Primo uno die à cibo eum sustinebis & aqua nono autem die offas caulium cum liquamine & oleo optimo temperatas non minus uiginti diges, cui nihilominus lactu

cum dabis in cibo ter in die. post potionē bibere ſemper incipiat. Si uero uen-
ter uehementer ſolui incœperit, cauliū offas dare deſiſtes: ſed dabis paleas et
furfures, ita ut ſequente die penitus nihil manducet, ſed ſolam aquam perci-
piat ad bibendum, ac poſtero die inducatur in cellam balnei calidā & ſudet.
Opus eſt autem diligentia ut reducatur celeriter de calore, ne intercluſo ſpi-
ritu pereat: tunc extergetur diligenter, uinoq; & oleo largiter perfricatus,
accipiet cum nitri puluere folia rafani conſperſa, quantum commodum eſt.
Poſtmodum cum radicibus cucumeris aſinini uiridis minutatim conciſis o-
leum optimū miſces, & in uaſe nouo ita decoques ut tertiam perdat. ex quo
ſingulas heminas per capita animalium per triduum dabis, ut potio uētrem
reſoluat. Sed ſi ultra modum fluere cœperit, lenticulam et hordeum pari mē
ſura friges, & de his ſingulas bilibres per dies ſingulos cum furfure & pa-
leis dabis. Quinq; itaq; diebus operam refectionis eius impendes, & leuiter
exercebis, ut intelligas quantum uires corporis ſanitásque profecerit. Poſt
hæc eum pro arbitrio deſpumabis. Sequēti die caput eius purgabis exorica,
uel radice dianaria, quam Artemiſiam dicimus: ſi hæc nō fuerint, ex liqua-
mine optimo cū oleo mixto. cuius caput pedesq; connectis, cum bene purga-
tum agnoueris ſoluito, butyrum ex oleo roſeo ſolutum infundes in nares, ut
illo purgationis mitigetur aſperitas, ita ut ſingulæ cotylæ ſingulis naribus in-
fundantur. Si ſupradictæ potiones non ſoluerint uentrem, mellis, bellebori
albi pondus unius denarij cum hemina dulcis uini bene tritum in potione re-
cipiat, uel certe ſcammoniæ pondus duorum denariorum diligenter tritæ cū
dulcis uini hemina ſimili ratione diffundes in fauces. Quod ſi uenter ultra
modum diſſolutus diſcrimen importat, anagallicum ſucco ptiſanæ ad reſtri
ctionem ipſius dabis, lenticulamq; & hordeum frixum, ſingulas bilibres cū
paleis & furfure præbebis in cibo. Ad ultimum, partes quæ in cauſa ſunt,
ſinapizabis diligenter, ſinapizatum cautere ferreo, uel quod utilius creditur
cuprino combures, uſta curaturus ex more. Potionem quoq; ex antidoto po
lygreſto per dies plurimos dabis, & exercebis leuiter & ad cibaria ipſius ali
quid per partes ſemper adiunges, donec ad priſtinam conſuetudinem reuo-
cetur. Inſanabiles ualetudines cyclo affirmantur poſſe curari, id eſt, inſa-
ni corroborari, caduci cyclo curati uruntur in capite; morbidi uero, dyſente
rici, coriagnoſi, orthopnoici, ſtrophoſi, cyclo curentur in renibus.

De cerebro commoto. Caput .VII.

CErebrum plærunq; diuersis paßionibus commouetur, quod his deprehenditur signis; Ambulabit prauus, & frequenter offendet, & toto se corpore commouet. Cuius ista curatio est; Baccas lauri nūero xx. nitri selibrā, rutæ manipulum: quæ omnia diligenter trita, cū aceto non acro, & oleo optimo rosaceo cōmixta, hyeme calefacies, perunctoq; oleo capite eius & cerebro, uel auriculis, cerebellū de lauata pelle cōuoluis. Quæ si forte defuerint, farinam hordeaceam resinamq; miscebis, ex quo cataplasma cōfectum cerebro oportet imponi. Præterea ceram oleo cyprino coniungis, & linteolo inter auriculas ad ceroti instar imponis. Sed & reliquum corpus potionibus refouēdum est. Tres fluuiatiles cancros cōteres diligenter, et cū duabus uncijs succi cauliū, addito lactis sextario olei duobus cyathis, pmiscebis, & colatum per os diffundes ad cornu. Quorum si inopia est, mellis cyathos duos, aquæ calidæ sextariū 1. coquito, ex quibus pastillos facies, & in aqua frigida dilues, & dabis in potum. Præterea si hyeme curaueris, farinā triticeam: si æstate, hordeaceam, aquæ frigidæ adinuicem amuli permixtā in potione præbebis.

De dolore capitis. Caput .VIII.

DE capitis dolore multi authores multa dixerunt. Cuius hæc sunt signa: Tumor circa oculos apparebit, pabulum recusabit, lingua eius & palatum labiaq; tumebunt, quanto uehementius increuerit morbus, tanto exoritur amplius tumor: ambulātes toto corpore uacillāt, umbramq; suam uelut odorantes expauescunt. Cuius paßionis ex corruptione sanguinis nascitur causa, cum indigestio ciborum naturali meatu intercluso, uel certe derelicto, in eas uenas, quæ circa tempora sunt, defluit, membranamq; cerebri uitiat. Cui sanguinē de temporibus oportet minui, & cōtinuo oleo acetoq; permixto caput largiter perungi. Quod si hyems fuerit, hordeum pridie infundes in aquam & decoques, calidamq; in saccellos immittes, iumentorumq; caput fumentando diutius uaporabis. Alij authores tolli de palato sanguinem iubent. Tunc cimoliam cretam ex aceto infusam, & merdā bubulam recentem cum nitro trito miscent, & in cacabo super carbones decoquunt, calidūq; cerebro languentis imponunt, aceto rigantes ne creta astringatur

gatur

gatur ad pilos usq;, cum prius calida fumentauerunt caput. Dolorē capitis propè ad insaniam ista signa demonstrāt: Quoties graue est, & in præsepio se deponit, lachrymæ frequenter oriuntur, auriculæ stabūt, oculi grauiores erunt, anhelitus creber, aridus pilus, tremores frequentes, tristis aspectus. Quem in primis ab aqua abstinebis ne nimiū bibat, de utraq; parte colli sanguinem detrahes, caput sicut scriptum est curabis.

De Distentionibus. Cap. IX.

Distentionis quoq; ualitudo ad capitis præcipue causam refertur. Cuius hæc erunt signa: Impediente caligine obscurabitur uisus, tremor & sudor totius corporis insequitur. Quod uitiū contingit ex aqua, si sudans iumentum biberit: uel ex indigestione cibi, si non dormiat, uel substrictus manserit. Huic capitis membrana distenditur. Quæ passio cæterarū ualetudinum & fons probatur & mater. Nisi enim inter initia curaueris caput ut animal dormiat competenter, fiūt appiosi, insani, rabiosi, frenetici, cardiaci. Igitur cū aīal distentiōis ægritudo comprehēderit, de ceruice eidē sanguinē tolle pro magnitudine corpis & ætatis. Et si æstas erit, oleo & aceto caput totumq; corpus perunges, & diutissime confricabis, loco refrigerato & opaco inclusum continebis, substernes etiam stercora sicca uel paleas, ut prouocet ipsa mollicies ad cubandum, locum calidum declinabis, nam impedit somnum: furfure uel paleis uel folijs lactucarum reficies. præterea potū præbebis exiguum: cum cōualescere cœperit, modicis ambulationibus exercebis, ubi idoneum uisum fuerit ad cibaria largiora infusum hordeū ad pristinam consuetudinem paulatim per incrementa reuocabitur. Si die septimo non profecerit, sanguinem iterum de temporibus emittes, & caput sine intermissione curabis. potionem dabis qua sanātur appiosi: Nasturcij seminis, apij semis, seminis lactucæ, anagallici, petroselini, aneti, papaueris syluatici seminis uncias singulas, piperis scrupulos 3. croci drachmā unā. Quæ oīa bene cribrata atq; cōmixta ex aqua temperabis, trochiscos facies, ut habeant n minus quàm singulas drachmas. In dieta unū trochischū in aqua dissolutum per os digeres. quod quotidie oportet fieri donec sanitas redeat. Si non appetit cibū, singulos trochischos solutos cum succo ptisanæ quotidie præbebis. Vinū nūq; dabis. Capitis enim ualetudo sumpto mero deterior efficitur.

Signa
Causæ
Cura

De Appioso. Caput .X.

Si quod iumentum appiosum fuerit, in præsepio incumbit, oculos tensos habebit, micabit auriculis, uisus caliginem patietur, & gyrat in circulo tanquam ad molas.

De rabioso. Caput .XI.

Quod si etiam fuerit conuersus in rabiem, sic intelliges: Subbito hinniet tanquam sanus, parem suum appetit morsu, uel hominem, præsepia aut ilia sibi mordicãs rodit: quẽ sicut appiosum curabis. Prorsus abstinebis ab hordeo, mollibus cibarijs sustẽtabis. Præcipue tamẽ apiũ uiridem quantum uoluerit præbebis. Sanguinẽ de temporibus aut de ceruice emittes, loco tenebroso statues, caput eidem huiusmodi acopi cõfectione curabis: Opopanacis librã 1. resinæ, terbentinæ aã uncias 2 galbani unciã 1. resinæ frixæ uncias 3. masticis tritæ uncias 2. olei ueteris librã 1. ex hoc ei cerebrum & auriculas confricabis, oleũ tamen solum ac liquidum in aures eius suffundes. cuius tamen prius quã acopo utaris, saccellationibus caput cerebrumq; uaporare te conuenit, & caput apposito cerebello communire. Potiões quoq; ex trochischo supius memorato quotidie præbebis, collyrio acri inungis aßidue ut caligo ex oculis poßit auferri. Quæ cura si non profecerit, caput & tempora sub ipso protocomio semisse inuris cauterio, quod & sup uenas tẽporales facies. Plæriq; tamẽ facies ne deforment iumentũ solo tabulare palati († confecto) sani fieri poßent. Feruor enim foci debilitatem capitis tollit, & membranam menti pristinæ, sanitatiq; restituit.

als † usto.

De Insania. Caput .XII.

Signa

Alij authores insanientis iumenti ardentes & sanguineos oculos et humore suffusos, stantes auriculas dicunt uel micantes, ut ad instar indomitorũ nec capi poßit, & captum, parietibus se illidens conetur effugere. terram pedibus fodiet, et multam flegmatis ex ore profundet. quod hac ratione curatur, ut auferatur ei sanguis de angularibus uenis, de palato, & post de cruribus. à cibo eadem die abstineatur & potu. Alia aũt die aquã frigidã dabis ei bibere. Auferãtur stercora quæ in ano eius sunt, p quatriduũ continuato clystere, curabitur uenter, ungetur cerebrum, secreto conlocabitur loco

Cura

tur loco, accipiet in substantiam porros, & herbam mollissimã, aut mollissimum fœnũ. His potionibus percurandum: pulueris turis drachmã 1. aceti albi sextariũ 1. radicis panacis unciã 1. herbæ saxifragæ uncias 3 ex aqua mulsa per os dabis. Lactis caprini sextariũ unũ defundis in fauces. quod si defuerit, ciminũ rusticũ pondo duo in puluerem rediges, additoq; olei optimi uno ebulo, ex aqua mulsa diffundis ad cornu. Sed cæteris potio hæc aptior creditur: apij unciã 1. iusquiami unciã 1. seminis apij unciã 1. seminis lactucæ uncias 2. papaueris syluestri unciã. quæ oĩa in puluerẽ redacta cõmisces, et unũ cochlearium mágnũ ex aqua dabis, uel si cibũ non accipit, ex succo ptisanæ: obscuro et frigido & laxiore loco statues, silentiũq; præbebis ut dormiat. prius tamen oleo ac pice liquida caput perunges, auresq; complebis, tempora etiã munies cerebellare uel fascijs, mirtam quoq; aridã conteres, & aceto oleoq; miscebis, corpusq; eius totum diutissime confricabis. Solent constringi & obruti stercore ut sudent & dormiãt. Quibus si somnus uenerit, afferet sanitatem Rabiosum uero iumentum eadem omnia, & maiora ostendit quàm insanum. Nam & alia animalia comedit, & facit ipsa cotagione rabiosa. Plerunq; etiam morsibus intestina sua extrahunt & ineunt fortiter. Quæ ualetudo ex nimia sanguinis abundantia & ardore contingit. Curatur aũt obseruatione & potione superius declaratis.

De Chiurgia. Caput .XIII.

CHirurgia appellatur quodcunq; secatur ferro, uel cauterijs uritur. quæ cum sit omnibus membris aĩalium, præcipue tamen capitis necessaria est medicina. Quodcũq; igitur iumentũ in qualibet parte fregerit caput uel nudauerit casu, sollicite curandum ne indignatio uulneris in neruos cerebrũq; penetrãdo piculũ generet, nec in primo medicamẽtis uti acrioribus cõuenit, sed magis melle curare, cũ ad maturitatẽ uenerint illa quæ fracta fuerant, ossa laxantur, tenta sollerter, et mobili manu uel fo·ficibus eximito. Reliqua fragmenta ossis, quæ asperata sunt ferramentis cædito atq; prædito, ut carnẽ facilius inducãt Nũq̃ enim clauditur uulnus si non raseris, donec sanguis per os ipsius respõdeat. In quo maior est adhibẽda cautela, q̃a solet in locis ossuosis et cõmissuralibus fistula fieri quæ cũ euenerit, parumper iniuria afficit uulnus, per quod non sanies, sed humor liquidus emanat. nec unquam deducta cicatrice solidatur. Quod si euenerit, hac ratione curabis.

Cura fistule

Papyrum per ipsam fistulam traicies, ita ut capita papyri, quæ extra fistulã eminent, ex utraq; parte alligas lino ne cadat, et diebus v. uel pluribus, donec callositas fistulæ papyri distentione turgescat, & maius uulneris foramẽ fiat. Tunc ad mensuram uulneris ex fistulari medicamento collyrium faciens, exempto papyro intra fistulam inijcies, ut impleatur ex integro, planè ne excidat munies diligẽter. Post dies quatuor uel quinq; solueis. si fistula ceciderit, traumatico curabis, quod uulneri semper immittes, donec spissa sanies & nõ multa in eo loco reperiatur. Cum aũt iam lympidum uideris collyrium, fac pollinem herbi, & thus masculum tritum æquis ponderibus cum melle decoquito, & plagæ ipsi imponito, per dies plurimos quotidie curato ita, ut deprimas ipsas partes uulneris, quatinus iunctæ citius cohærescant. Si grauiter offenderit caput, ut cerebrum uexet intrinsecus, cõtinuo de temporibus sanguinem eidem oportet auferri, & spongiam aqua, si æstas fuerit, oleo roseo, & aceto æqua parte commixto capiti eius imponi, fasciaq; connecti, & cibos uirides præberi. si nec ipsos appetit, quia omnem cibum recusat, fabam moles & conuertes in pollinem, farinam quoq; triticeam pariter admisces, et cum mulsa per cornu ad substantiã animali tam diu faucibus eius infundes, donec cibos uirides appetat, quos aqua marina uel salsa oportet aspergi.

De auribus. Caput .XIIII.

Aurium ut uicinitate proxima, ita periculi non discrepans cura est. Quæ si casu aliquo fuerit à radice contusa, & collectionem fecerit, eam cum maturauerit, scalpello secato, & pus sinito fluere. tum linis aceto acerrimo & oleo per triduum, quarta die traumatico curato donec sanetur. Etiam si cartilaginem uexauerit, eiusdem medicinæ obseruatione proficiet. Si uero à radice auriculæ, uel cõmissura capitis tumor magnus cũ duricia extabit, ex fœnigræci & lini semine & tritici polline cataplasma imponito, maturatam collectionem scalpello secato, ita ut inferius plaga spectet, quatinus humor per prona decurrat. Vino, oleo, & sale mixto infusos lemniscos inducis, & uulnus per quatriduũ fouebis post traumatico uteris. sed difficilis cura est, quia fistulæ in talibus locis frequenter oriuntur. quæ si euenerint, suprascripta curatione curãtur. Si tamen ægritudo uulneris ulterius etiã post medicamenta procedat, uicinæ urendæ sunt partes, & cauterio in

ipsis coll

ipsis collectionibus infigenda sunt puncta uehementius, ut et cutis et causa perrumpatur interior. post solerter usta curanda sunt. Non enim aurium est negligenda curatio, ne ex dolore nimio generetur insania. Primum purganda est auris diligenter intrinsecus, ut auferatur quod dolorem mouet, aut lædit. Si nihil inuenitur, spongiam nitro & aqua molliter infundes et dilues, unamq; noctem intra auriculam infusam spongiam manere patieris. Die tertio nitro & aqua calida fouere incipies frequẽter et diu, donec dolor recedat. Quod si aqua fuerit ingressa, oleũ uetus & acetum æquis ponderibus adiecto nitro in aurem mittito, & succidã lanam superimponito. Si uulnera fuerint lyparem auribus inseres & curasti.

De pilis qui nascuntur in oculis. Cap. XV.

QVodcunq; iumentum in oculis tritiacem patitur, id est, ut pili aliam palpebram urentes lachrymas moueant, uisumq; conturbent hac ratione curatur. Non longe a pilis ab interiori parte scalpello plagam dabis in cute palpebræ, post forpicibus per longũ ad mensurã oculi fasciolam præcides, et impositis fibulis consues palpebram foris uersus, ut oculus sine deformitate recipiat uisum & gratiã naturalem. Tũc uero optimo oleo, necnon etiam muria infusam spongiam superpones, & oculũ fasciabis. Post die quinto soluis, tunc intrinsecus oculum collyrio curabis. de foris uero tetrapharmacum impones, nõ prius fibulas ablaturus quã duxerit cicatricem. Nihilominus & cadentibus fibulis, collyrij cura non deerit, ne caro rursus superflua excrescat. Sed plæriq; adhibent cum deformitate cõpendium, ut partem quæ prominet ad mensuram naturæ forpicibus amputẽt, pusca quæ frigida sunt propter fluxum sanguinis foueant, oculum collyrio intrinsecus curent, ne indignationis necessitate lædatur.

De suffusione oculorum. Caput. XVI.

SVffusio sicut hominum, ita iumentorum impedit uisum, cuius tria genera ab autoribus indicantur: Stenochoriasis, plotochoriasis, hypochoriasis, græce papula noĩatur. Stenochoriasis dicitur, cũ constringitur uisus et uires amittit. Quæ hac ratione curanda est, ut sanguis de temporibus auferatur: radicẽ quoq; feniculi, et herbam celidoniam uel rutã decoques ad tertias, et cotidie ex ipsa aqua quantũ manus patitur, oculus foueatur. Inunges etiam

Stenochorias

ges etiam collyrio opobalsamo, quod suffusionibus prodesse consueuit. Aduersus infestantes pilos tertia cura est, ut leni tenuiq; cauterio genæ quæ procreuerint inurant..r, quo facto, ducta cicatrice conteritur pellis, & palpebra alterius eleuata à pupilla cursu pilorum arcet iniuriam.

Platochoriasis

Platochoriasis autem est cum se ultra naturalem modum pupilla diffundit, & eripit usum, nec curari ullatenus potest. Nam sicut oui uitellus casu aliquo disruptus in priorem formam coire non potest, ita semel pupilla diffusa recipere non potest usum uidendi. Quod euenit equorum sudore dum membranula quæ cõtinet lumen, indignatione caloris disrumpitur: uel certe sollicitudo longi itineris ad indignationem iumenta compellit, aut læsum oculum dominus curare neglexerit. Quod cum accidit, oculus uidetur incolumis, nullis lachrymis, nullo sanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, sed uisus tantum declaratur indicio, quod in pupilla ipsius imaginem tuam tanq̃ in speculo uidere nõ potes.

Hypochoriasis

Hypochoriasis autem à capitis humore descẽdit, & in uno oculo sese primo ostendit, postea etiam ad alterum transit, Intelliguntur autem humore uel lachrymis. Continuo sanguinẽ ei de supercilio uel de ipsa parte temporum detrahes, fomentabis ex tepida aqua, in qua radices feniculi decoctæ fuerint cum ruta. Preterea inunges collyrio opoponato & opobalsamato. Quod si institeris medicinæ per lachrymarum cursum consueuit sæpius caligo sanari. Temporales quoq; uenæ cauterijs inuruntur, & meatum humoris excludunt.

incisio uenarum temporalium



De paracenthesi in oculis. Caput .XVII.

Quod si uis passionis intulerit cicatricem, diligenter attende quo colore sit membrana, quæ apposita pupillæ impedit uisum: si auroso colore fuerit, insanabilem scias. Si candida nimiũ, etiam noueris nõ posse curare ipsam. Si uero spissa fuerit colore oleagno muco similis, per paracenthesim ad hominũ similitudinem, cum fuerit maturata curatur. Iumentum igitur pridie temperabis à cibo, uel potu maxime prohibebis, in loco molli elides, caputq; eius & ceruicẽ apte collocabis, ita patentẽ oculũ facies, ut claudere nõ possit. deinde ab ipsa fronte paracentheriũ inter tunicas oculares subijcito, ne pupillam tangas, aut aliquid lædas interius, sed ipsum albũ de supiori parte ubi hypochisis posita est, capitello paracẽtherij deorsum deprimis

primis ad palpebrā inferiorē subtiliter. Quod si depositū fuerit, nō prius pa racenthorium eximas, nisi clausum oculum penicello calido diutissime uaporaueris, solet enim resilire. Quod si ita euenerit, reprimito, donec ita componatur ut resilire non possit. Cum itaq; intellexeris claritatem pupillæ sine ullo obstaculo hypochisis, tunc extimes ferrum, & inuenies aīal uidere. curabis sic. Ex oleo roseo & oui albo anacollima facies, lanam infundes, & super oculum curatum impones, ac desuper fasciabis. Caueto ne ipsa die manducet, & moueat oculum agitatione maxillæ, sed tamen si uoluerit bibat. Altera die soluis & calida fomentabis diutissime. deinde fœnigræci succum in oculo subfundis, & rursum anacollima supradictum similiter imponis, fasciabisq;. Quod cum per triduum, aut quatriduum feceris, oculum solues, & fœnigræci succo fomentabis, ex melle optimo attico unges donec cicatrix se confirmet & oculus.

De oculo lunatico. Caput. XVIII.

EST aliud uitium eiusmodi, ut interdum oculo album inducat, interdū lympidet: ex qua passione lunaticum oculum ueteres nominauere. Cuius ista curatio est, ut de ipsa parte temporum detrahatur sanguis, interpositis diebus sub oculo. Nihilominus sanguinem oportet minui. Cottidie quoq; calido fomento oculum curabis deforis, intrinsecus autem inunges collyrio thermantico et acerrimo per plures dies donec recipiat sanitatem. Si nihil ex hac ratione profecerit, uenas superiores in temporibus supra ipsum locum qui sustinet passionem, diligenter perquires & inures, ut humor noxius possit arceri.

De staphylomate oculi. Caput. XIX.

QVodcunq; iumentum in oculo habuerit staphyloma, incurabile est: talis tamen curatio consueuit adhiberi: De sub oculo sanguinem ei detrahes, & fomentabis calida cum radicibus fœniculi & rutæ decocta, inunges etiam collyrio non ualde acri, si uulnus fecerit & deplanauerit, ex succo fœnigræci fomentabis, & inunges collyrio leni, quod facit ad tunicas ruptas, donec se cicatrix cum planitie claudat, tunc uteris acriori collyrio, & per dies plurimos, donec quæcunque pars æquari

 possit

æquari possit ad naturæ similitudinẽ, cõpleaturq́; ut nõ deformetur obtutus.

Ad album de oculo tollendum. Caput. XX.

SI casu aliquo aĩal oculũ impegerit, aut cõfricauerit, uel ex percussura læserit & albũ induxerit, etiã si totus oculus præclusus sit, tamen experimẽtis hac ratione probatũ est cito posse curari. Hederam colliges terrestrem & in pila mundissima diutissime contundes, succum exprimes, ex hoc animal inunges: potestate medicaminis ẽiuis desperata, consumitur albugo. Sed si terrestrem hederam nõ inueneris siue baccas hederæ siue folia contũdes, & succum expremes, & ex eo succo inunges. Si hoc quoq; difficile uidebitur, aut morosum, paululum aquæ frigidæ cũ folijs hederæ diutissime cõtundes, succum exprimes, & per siphonem ei in oculum desundis. Quod cum per dies plurimos tam mane quàm ad uesperam feceris, albũ omne tolletur. Sed si uinũ miseris optimum & recens efficacius curata sanat.

De suffusione curanda per nares. Cap. XXI.

ALiqui authores dixerunt, si dexter oculus suffusionẽ susceperit, uel album incurrerit, dexteram partem naris, si sinister sinistram diligenter inspiciet: in ipsa callositate narium foramina subtilissima inueniet, quibus tenuis inserenda est fistula, per quam ille qui curare debet os plenum uino insufflet, ut merum per foramen illud penetret. Quo facto oculus incipiet lachrymare. Velocius autem proficiet, quia per interiores uenas meri uirtus ad oculum penetrat.

De diuersis passionibus oculorũ. Cap. XXII.

IVmentum in oculo in osse percussum, si tumorem fecerit durum, callosum, & ossillagini similem, hac ratione est curandum: Deiecto animali contra causam ipsam, cutem aperito, & ossis cisorio gingiuulam, uel cartilagnẽ uel os quod ex se excrescere cœperit, cædito, ut deplanes ad similitudinẽ partis alterius. Si apte deplanaueris, aceto et oleo linteolis uel licinio addito, locum ipsum comples, & fasciabis. tertia die solues, & similiter curabis p dies. r. donec feruor desinat. post traumatico uteris. Catastolico quoq; medicamẽto libraturã cutis consumis, quam diu lympidum uulnus curetur et adæquetur. Quod si ipsum os concarnari non potuerit tam diu cotidie eradicato

dicato donec ſanguinet atq; concarnet, ita ut medicamenta congruentia uulneri imponas. Quod ſi poſt ſanitatem cauſa eadem creſcere cœperit, punctis cauterio ſubtiliter urito. Oculorũ epiphora infra oculũ detractus ſanguis emendat, ſi uſq; ad ſanitatem melle optimo iniungatur aßidue. Preterea prodeſt eidẽ paßioni: myrræ põdus denarij unius, crocodili ſtercoris ſemiunciã, ſalis armoniaci ſemiunciã, ſepiæ oßiũ ſemiunciã, mellis attici cyathos 2: ex quibus omnibus tunſis atq; permixtis oculũ perunges. Magnæ lippitudini adhibetur tale remedium: Murre trogloditis unciã 1. thuris maſculi, croci ſiculi, limpidis cipriæ, æris uſti, aã uncias 2. teres ſimul, conſparges & cernes, aquæ cœleſtis, & falerni uini, mellis attici adijcies quantũ ſufficit, in uaſe uitreo condes, & cum neceſſe fuerit uteris. Si caſu ciliũ ruperit, fiſtulam dabis & mannã thuris cum ouo impones. Diſcutit cicatricem oculorũ eiuſmodi compoſitio: Spicæ nardi unciã ſemis, ſalis armoniaci uncias 3. catimiæ unciã ſemis, croci unciã 1. piperis ſemiunciã in puluerẽ conuertes & uteris. Albi uitia deterget iſta curatio: Sepiæ marinæ oßis raſi ℈ decem, croci ℈ duos, ſalis armoniaci ſcrupulos 2. myrrhæ, crocodili ſtercoris ſcrupulos duos. Item, album ſiue glaucomata emendat: uini amenij ueteris ſextarij tres, gariofili ſextarius, mellis unciæ tres, quibus omnibus decoctis uteris. Album tollit ſi ex humore uel percuſſura euenerit: Sandaricæ unciæ 2. oßis ſepiæ combuſti unciæ 4. piperis albi ſemiuncia, ſalis armoniaci unciæ 2. cum melle permixtis. Cicatricibus oculorum medetur ieiuna ſaliua, ſi cũ ſale mandatur in ore, & expuatur in oculum. Sal quoq; tritũ cũ oſſe ſepiæ, & ſinapis agreſtis ſemine. Collyrium nardinum; opopanacis ſcrupulos 2. uiolæ uncias 2. ſpicæ nardi, caßiæ, marrubij aã ſemiunciã, croci ſiculi unciã ſemis, olei ſemiunciam & ſcrupulos 4. piperis albi uncias ſex, gummi ſcrupulos 5. Item alia confectio collyrij: Brugnem eris & ſalẽ optimum æquis ponderibus & aceti quantum ſufficit muſces. Neceſſaria compoſitio; rute ſcrupulos 4. thuris maſculi, ſtercoris columbini, murium, olei, croci, mellis, catimiæ, olei roſati aã ſcrupulos 4. diligenter trita miſcebis & uteris. Si uero oculus ictu uulneris inſanabilis redditur, & (ut Mulomedici dicunt) canchremata fecerint, ne periculum mortis incurrat, erui pollinem cum oleo roſeo & ouo ſimul immittito. Cũ purgatum uulnus fuerit, cum melle attico inungito. Sunt & alia multa collyria, quæ quia eandem uim, eaſdemq; ſpecies continẽt, enumerare ſuperfluum duximus.

De strumis iumentorum. Caput XXIII.

PLerunq; strumæ, uel parotides, aut scrophulæ iumentorum guttur infestant, & faucium tumorē producunt. Nā & subrecto sunt capite, et tanquā ab stranguria præfocantur. Hos primū fomētis calidis, et cataplasmate ex polline hordeaceo & resinæ uncijs tribus mero calido coctis, curari expedit: & cū collecto fuerit maturata, scalpello secari opus est, & quicquid collectū fuerit emittere, et aceto, et sale, & oleo infusos lemniscos subijcere. cæteris quoq; diebus traumatico, et medicamētis aptis sollerter curare si uulnus pateat, dū sanetur. Nā in his locis ex præclusione cito solet fistula fieri: quæ si euenerit, ut supra demōstratū est, papyro & collyrio poterit persanari.

De glandulis. Caput XXIIII.

GLandulæ quoq; animalibus, et præcipue pullis, usq; ad periculū interdū molestæ sunt, et in morbū transeūt aliquādo. quæ inter maxillas inferioresq; fauces nascūtur, et ad similitudinē pillularū maiores, aliæ uero minores cōnexæ ex carne obdurescūt, et tumorē sine doloribus faciūt. Quæ inter initia perūctæ oleo, picula perfricari solēt, uehemētiusq; manibus corrūpi, et ita uelut uanescēdo sanari. Quod si ex creuerint amplius, deiecto animali, ita ut per mediū secentur scalpello subtiliter cū radicibus eximūtur, ne aliqua uena tangatur. Quo facto, aceto & oleo cū sale, medicamentisq; superius declaratis sananda sunt uulnera. Plæriq; urenda dixerunt. Sed si paruæ sint prodest, cæterum maiores execandæ sunt ferro.

De pullaribus. Caput .XXV.

DVm caput pullorum calefecerit prima dentitio, inter gingiuas atq; maxillas tumor, collectioq; generatur, quæ pullaria uocatur. Cuius passionis tanta censura est, ut mãducare uix possint. Sed cataplasmatibus studiosissime maturãda sunt, deinde scalpello aperienda, post sale et aceto & oleo curanda. Plæriq; etiã, cũ ferro exemptæ fuerint glãdulæ, propter sanguinis fluxũ loca uri debere præcipiũt, post sale & oleo octo diebus utuntur, nec nõ ex nitro et aqua calida diluũt. Si nitri inopia est, lotio calido aut lixiuio utũtur, Deinde unum & oleum & farinã de eruo imponũt per triduum, consequenter de uino ac oleo, & farina hordeacea, et melle percurãt. Addentes, quæcunq; plaga fuerit aut strumæ uel parotidis, glãdulæ, quæ tol

luntur

luntur licio medicamento, uulnera percurari ita, ut de mali granati sicci puluis aspersus, celeriter adferat sanitatem.

De fistula maxillæ, Vel de conficiẽdo collyrio fistulari. Caput .XXVI.

SI ex aliqua huiusmodi curatione iumentũ fistulam in ore fecerit, hac ratione curabitur: papyrum iniicies in fistulam, ut pars eius in ore extet, quam lino diligenter ligabis ne poßit elabi: pars uero foris exeat, quæ nihilominus constringenda est lino ne cadat, triduo permaneat, quarta die papyrum eximes, Collyrumq́; ad longitudinem & cauaturam uulneris ad arctum fistulæ subiicies, & ne forte labatur, fasciabis locum, ita ut ad mãducandũ poßit maxillas agitare: tertio die solues. Si fistula ceciderit, diebus septem unguento traumatico curabis. deinde collyrium ex melle & erui polline decoctum subiicies ad plenitudinem foraminis diebus plurimis. Ad ultimum, anapleroticum ipsi uulneri medicamen impones, donec omnis plaga, ducta cicatrice, solidetur. Fistulare aũt collyriũ hac ratiõe conficies: anisi unciã 1. sirulæ unciã 1. æruginis æris unciã 1. batturæ calcetis unciã 1. cimini semis unciã, teres cũ aceto acerrimo, et secundũ qualitatẽ uulnerũ, cũ usus exegerit, collyria formabis.

De expositione fistulari. Caput .XXVII.

FIstulæ nascuntur, quoties neruus, aut cartilago, aut os negligentia uel impitia curantis, ex plagæ alicuius tabido humore uiciatur. Tũc enim quæ commeauerit adinstar cuniculi carnem indurat & incallat, & fit fistula, quæ nulla ratione sanari potest, nec aliquando coire, nec solidari, nisi penitus eximatur. Huius à diuersis autoribus tradita est diuersa curatio. Alij enim scalpello resecari & apiri iubẽt, et stringotomio decarnari, medicamẽtisq́; acerrimis cõsumi, et sic postmodũ uulnus ad cicatricẽ coire. Quod cũ laboris ac discriminis habeat plurimũ, minus tamẽ prodest. Alij uero cauterio omnẽ fistulam inurendã, uicinasq́; partes eius punctis feruentibus prærũpendas esse duxerũt, quatinus per ignẽ callositate submota, astalticis medicamẽtis uulnera pcurẽtur. Sed melius est fistulã, sicut supius declaratũ est, papyri iniectiõe curare. qa neq; neruus, neq; uena, neq; cõmissura uexatur, Nã scalpello uel cauterio sæpe fit causa deterior, et piculũ creãt. Collyriũ uero omnem

fistulare causa

Cura fistul[illegible]

alia Cura

alia Cura probatior

omnē callositatē fistulæ de alto à radice eius eximit. Quod si os fuerit uexatum quod oporteat radi patens uulnus, per medicamentū curam nō potest impediri. Si uero in alto tabes aliqua uel neruus aut cartilago remanserit, ex eodē collyrio puluerem facies, & frequenter inijcies. Omnia enim uulnera elympidat atq; persanat.

De tumore faucium uel capitis. Cap. XXVIII.

INterdum ad similitudinem synanches animalibus fauces & caput interius intumescunt, adeo ut bibere aut manducare non possint. Cuius totum & os & lingua, aqua calida fomentatur, & taurino felle perlinitur. Potio autem datur huiusmodi ad cornu: olei ueteris libras 2. uini sextariū 1. cōmisces quoq; nouē caricas cū nouē capitibus porrorum, decoques, & diligentissime conteres, & in aqua ipsa nitrum alexandrinū tritū quantum sufficit misces, & ex his omnibus potionem mane & ad uesperum heminas singulas dabis, ut tumoris ipsius relaxetur ac mitigetur asperitas. Manducet autem herbam uiridem, aut qđ melius est pascatur. Quæ si defuerint, farinam de hordeo facies, cui nitrū admiscebis, & sic apponis. Fœnū quoq; mollissimum eliges: quod nihilominus nitro & aqua cōsperges, sanguinem non detrahas nisi forte de palato, despumes, cum cœperit conualescere, nitrum tunsum & cribratum, pulueres de radicibus cucumeris afinini syluatici cōmi'ces & uini sextariū, coclearia pulueris ipsius iunge, ut huius potionis ui resoluto uentre purgetur. Alij authores tumorem capitis ac linguæ uel faucū, etiā si obdurauerit, ita festinantes propter periculum curare nituntur: lapides molares plures igne succendunt, cum candere cœperint, caput æqui cooperiunt, & uas plenum lotio sub ore & naribus supponunt, & per uices singulos candentes lapides in lotium immittunt, ut ille uapor ac fumus à calore lapidum concitatus, os equi & nares impleat, et fuste transuersum, ut apertum os habeat debet accipere. Quod cum diutissime feceris, aquam marinam calefacito, uel certe salem in aqua dulci miscebis, fouendoq; dissoluis, addito aceto acerrimo, caput eius & os & ginguas diutissime confricabis. Postea fimū bubulinū cum acri aceto miscebis, & tepefacies, ex quo caput totum frontemq; & labia perunges. tunc farinam hordeaceam cum aqua tepida sufficienter pro cibo dabis & potu.

Si ex pletura ſanguinis fauces tument. Cap. XXIX.

QVod ſi ex ſanguine tumor ille indignatiõis euenerit, ita intelliges, ſi uenis tẽſis obturabitur* halitus, et oculi ſanguinei apparebũt, cui de temporibus ſi non tumebunt, aut certe de palato ſi ibi indignatio nõ erit, ſanguinem opportet auferri. cretam cimoliam duabus partibus & tertiam partẽ cretæ nigræ, ex uino auſtero tẽperabis, & dũ caletillinis caput. *al's auditus.*

De intomatis. i. de Tuberibus. Cap. XXX.

SCiendum eſt autem tubera in corporibus iumentis frequentr excreſcere, quæ greci intomata uocãt. horũ uariæ ꝗlitates & diuerſa ſunt noĩa. Stechatoma eſt tuber q̃d in ſe adipem uel pinguedinẽ cõtinet. Melicæris eſt tuber in quo caro inſpiſſata, quo modo in uerrucis inuenitur. Aneutriſma eſt tuber in quo ſanguis cõſpiratus uberis uenæ ſimilis inuenitur. Acteroma eſt tuber in quo farinoſa cõgeries repitur. Ganglion eſt tuber quod fit ex duplicatione nerui, ſimilis tubero cum dolore immobili. Horum omnium una eſt curatio. Iumentum colligatum deponitur, & contra locum cauſæ ſagitta aut ſcalpello in longum dextra ac ſiniſtra pro menſura tumoris aperitur, ita ut media faſciola cutis, quæ ſupra tuberũ eſt, intacta permaneat. Poſt egeſtis uel euerſis omnibus quæ tumorem mouerant, medicamentis cõpetentibus, ea quæ ſupra declarata ſunt, producitur ad cicatricem.

De lingua inciſa. Caput. XXXI.

SI iumento lingua fuerit inciſa, ſtatim cum fibulis conſuito, deinde uino lauato, poſt gallam tundito & puluerem cernito, ex eo imponis donec ſanetur: cui dabis fœnum molliſſimum conciſum, & pro hordeo furfures. Alij poſtq̃ fibulas acceperint linguaq; uino fuerit elota, mel imponendum eſſe duxerunt, ut plagam purget & curet. Ad ultimum ex malo granato puluerem iniecerunt.

De gingiuis & dentibus. Cap. XXXII.

SI iumento loculamenta dentium .i. gingiuæ uel dentes doluerint, hijs agnoſcitur ſignis: hordeum ſolidum glutiet, maceſcit, ſaluarum plurimum effundit, gingiuæ intumeſcunt. Cretam cimoliam cum aceto acer

rino macerato, & calentem extrinsecus maxillis inducito, ne minus quinque diebus: gingiuas autem interius cum puluere corticis mali granati, & melle tertia die diutissime confricato donec egesta sanie conualescat. Quod euenit, cum humor acrior ex capite, in maxillarum defluxerit uenas.

De osse fracto. Caput .XXXIII.

Quod si animal iuxta collum uel molares, uel alio oris loco os fregerit, ut morsum claudere non possit, et apertis dentibus horreat propendentibus labris, continuo calida fomentabis, & labrum & quae sunt disrupta componis, fasciola tenuissima aceto & oleo madefacta diligenter unam partē, deinde alteram cōpingis ad locū, & similiter fasciato, ne iterum dissipetur: Cui & †corbem cōstrictam oportet imponi, ne deprauet dentes & labia. Cum solueris ad curandum, manu quae ante composueris contineto, furfurem & farinam hordei mixta in cophino ad manducandum dabis, ita ut quamdiu manducat, manus tua à loco quem continet non recedat. Cum iam manducare noluerit, offerto ei aquam ut bibat. Cum biberit curato similiter, ut supra scriptum est. cui et succum ptisanae conuenit dari, si minus fortasse manducauerit. Quem tali obseruatione per dies quadraginta curatum restitues sanitati.

d. †crumenā

De cartilagine narium si sanguis fluat. Ca. XXXIIII.

Iumento nariū cartilago si corrupta sit, & sanguis reprimi non possit, spongiam afram & thuris masculi pollinem commixtum impone ad locum qui laesus est, et si uulnus factum fuerit in cartilagine, hac ratione curato. Interdum animal despumatum remissus semel de palato sanguis nō potest reprimi, propter quam necessitatem, sicut suprascriptum est, in loco in quo sagitta ruptum est palatum, spongiam imponis, caputque eius sursum constringe, & aqua frigida renes cerebrumque testiculosque perfundis. Quaeres si tardius subuenit acatiam nigram & thuris pollinem aequis ponderibus ex aceto acerrimo temperabis, totumque caput illinies, donec sanguis ipsa constrictione claudatur.

ad fluxum sanguinis

De palato, si uena se nō clauserit. Ca. XXXV.

Maturè piculū creat cū incisa uena claudi nō potest in palato, sed cōtinuo sanguīs pfluuiū inhibetur, si aut candēti cauterio fuerit meatus ille cō-

tus ille cōbustus, & suspēsum altius caput. Cū per nares sanguis defluit, nec potest aliter retineri, coriandrū uiridē sufficienter tundes, succumq; eius expreßū, substricto equo, naribus infundes, frigore naturali uenas ptinus claudit: chartā etiā et lanā cōbures, ipsumq; puluerē p fistulā insufflabis naribus

ad pro fluuiu sanguinis narium

De genere & qualitate mucorum qui per nares fluunt. Caput. XXXVI.

MVcorum etiam qualitates, qui per nares effluūt, conuenit nosse, ex quibus genus passionis ostenditur, & causa cognita facilius curari potest. Mucus lympidus cotidianus est, & nisi minus fuerit, non debet esse suspectus. Crassus autem & candidus à cerebro defluit, & admonet ad medelam capitis festinandum. Rubens, tenuis, frigidus, ueteris perfrictionis prodit iniuriam. Propter quod thermanticis potionibus calefieri animal oportet. Cœruleus. i. fuscus leuis ab interioribus uenit, q indicat febrē. et ideo conueniēs leptiperisis. i. piretran adhibenda curatio est. Crassus autem, spumosus, & pallidus, à pulmonibus nascitur, qui suspiriosos ostendit: quibus difficile, nisi festinatum fuerit, subuenitur. Fabaceus uero à glandulis serpit, quæ celeriter aut eximēdæ sunt, aut ferro curandæ, ne cōuertātur in morbū.

De cuferino. i. cum post cursum sanguis de naribus fluit. Caput. XXXVII.

SAepe sine ictu uulneris animalibus per nares sanguis fluit quod uitiū cuferion uocant, quod præcipue contingit, si equus ultra uires agatur ad cursum: omni corpore oleo & aceto perungendum est animal, ac loco tepido statuendum, cooperiendum etiam diligenter, dandaq; opera ut molliter cubet, nec ad deambulādum cogatur, sed cibo diligentius reparetur. tunc erucæ unciam i. cum lacte cōteres & per cornu narribus infundes. Quod si eruca defuerit, aristologiæ unciā i, croci semiunciā cū uino dulci contrito, & deijcito per nares. Similiter coriandri uiridis succum exprimes & naribus infundes.

ad sanguinis fluxum post [illegible]

De polypo. Caput. XXXVIII.

SI polypus oritur in naribus, præcluso spiramine strāgulabitur, stertet, humidi profluēt muci, picula paßiōis plurima. hæc medicina subuenit. Si prope polypus fuerit, acutißimo execabitur ferram[illegible]to. Curādū his

rebus quibus circumcisa sanatur. Si uero altius fuerit, cauteriũ plumbeũ quadratũ facies, ex quo calefacto polypũ frequẽter inures, & sic polypũ sanas.

Cauteria plumbea

De siderato. Caput .XXXIX.

IVmentum si fuerit sideratũ, his agnoscitur signis: Labia eius & maxilla nec non etiam nares eius deprauãtur in parte, ita ut uix cibaria dentibus inlidat. Quæ etiam humoribus plena reperies, & cum uoluerit bibere, os usq; ad nares demerget in aquam; quia infirma sunt labia, quibus haustus attrahitur: aceto & sale lingua eius & labia diutißime perfricantur, donec sanguis emanat. Tertia die causticum crudũ in illa parte labij imponis, quæ sentit iniuriam, cũ cautela, ut prius alliges linguã, ne medicamẽti uiolentia noceat. Cum medicamento labia perusta uideris, aqua lauabis, deinde aceto & oleo fouebis, sicut alia uulnera, & hac ratione curabitur. Si uero maxillã sideratam habuerit & tortam, hæc est cura: De temporibus partis ipsius sanguinem detrahis, fimum bubulum acerrimo aceto permiscebis, & diutißime decoques, & parti temporum ex qua sanguinem extraxeris, calidũ inducis sæpius, ut exiccetur & curet, hac usus potione: Trixaginem, hyssopum syluaticum, origanum, serpillum, aristologiam, mannam croci pro æquis ponderibus cõtundito atq; cribrato, ex quo puluere plenum cochleare cũ aqua mulsa oleo & uino per narem sinistram ad unam heminã quotidie oportet infundi.

De obseruatione flebotomi. Caput .XL.

flebotomãdi ant cibo abstineat

COnuenit de ceruicis curatione dicturo, obseruationem indicare flebotomi; quia circa ea loca frequẽter operatur. Detracturus sanguinem animal à cibo abstinebis & potu, æquali loco constitues, tunc locũ supra ceruicem alius teneat et adstringat ad normã, ut uena facilius appareat, Deinde supra laqueũ de sinistræ manus pollice uenã deprimas, ne ludat, tum sagitta tangas. Duæ autem uenæ à capite summo descendunt, & conueniũt se sub maxillis usq; ad gulam, inde à geminis uenis inferius quatuor digitis, ferramentum deprimis, ne in gulam mittas, & bifurcum tangas, & iumentũ occidas. Statim sagittam duobus digitis tenebis, nec plus ferri imprimas, quàm extra digitos eminebat. Nihilominus etiam mediano digito manũ tuã moderãdo suspende, ut sit leuior, ne uehementius imprimas quàm oportet, quia nõ plus debet quàm mucro descendere. Si parum aptè profluat sanguis, iumẽto

sæ tum

fœnum dabis, aut aliquid quod manducet. Agitatione maxillarum plus sanguinis uena profluet.

De ceruicibus. Caput .XLI.

SI iumentum ceruicem eiecerit, aut laxauerit, aut certe uertibulas eiecerit, uel extorserit, hac ratione curabitur; Deposito iumentū atq; constringito, & ceruicem eius extendito supra fossam, donec omnia uertibula laxentur. Post oleum uetus & axungiam ueterem tunsam colatāq; permisces, & cum calefacto eodem unguento ceruicem diligenter infundis, in locū reponis, & fasciā tenuem & amplam ex oleo tepido & uino madefactā alligabis ad corpus. Lanas quoq; succidas ex oleo & uino infusas supra conuertes, post regula soleagnijs nō minus quatuor digitis, ita ut tantum spacij sit inter regulas alligatas & cōnexas, & lino constringes. Et si æstas fuerit quater in die suffundis; si hyems, bis. Cum modum fecerit, regulas solues. hoc die quinquagesimo & primo, post unctionibus ueteris, donec ad sanitatē perducas. Si tardius confirmabit uires, regulatim & solenniter usta curabis.

De malandria.i. de uulneribus ceruicis. Ca. XLII.

SI iumento malandria de ceruice auferre uolueris, ita facies; Candentia prius cauteria præparabis, deinde ferramento decarnabis, sic, ne neruos tangas, & uenulas quascunque uideris emittere sanguinem, aduris, ut possit cruoris fluxus inhiberi. Caue autem ne cauterijs plus aduras, et indignatione neruorū periculū facias. Post axungia ueteri ceruicem perfricabis, & fascia munies. Sequenti quoque die cataplasma imponere incipiēs, ablataq; († ferunta) lotio calido fouebis, deinde aceto & oleo dilues, & medicamentis aptis curabis. Si iam uideris cicatricem pilos renouare, puluerem ex canino capite combusto, & adipem suillum recentem permisces, & induxis; ex quo medicamento & sanitas consequitur, & pilorum redit ornatus.

De distillatione ceruicis. Caput .XLIII.

SI ceruix distillationē patiatur, tumidior uidebitur quàm oportet, fœtorem habebit canceraticum cum humore nigro & liquido. Cuius foramina scrutaberis diligenter, ne ulterius inter neruos aut armorsi mum distillationem fecerit. Quod si accidit, pauca hinc difficulter euadunt.

tam his signis discrimē ostenditur: stridet de pectore, & per nares humorē liquidū proijcit. hac ratione curabis. Foramina de super marrubio et sale pa riter contuso implebis, atq; calcabis, subter autē cataplasmate aposito laxa bis. Et si loci cōditio patietur, dieresim dabis ut foras per plagas humor ema nat. tertio quoq; die calida urina lauabis. deinde traumatico & pannis lineis lympida & purata iā uulnera sanare incipies, Cuius cōpositio talis est: erui pollinis sextarium, irisillyricæ uncias 2. thuris masculi uncias 2. miscebis, & facies cephalicum medicamentum, quo uteris ad consumptionem medelæ.

De dissolutione scapularum. Caput. XLIIII.

Quod si iumēto scapulæ fuerint dissolutæ, diligēter inspicias, ne quas inter neruos & cōmissuras pendigines faciat, quod si inueneris qua cūq; parte plagas accipere poterit, cataplasmatibus mollire, & scal pello uel cauterio aperire curabis, ut sanies illa atq; collectio defluat. Foramē nibus autē traumaticū & linteola sicca dabis. Si quod inter neruos foramē factū fuerit cautissime curato, ne ulterius aut ferrū aut cauteriū procedat, neq; putorem neq; putredinem lauis, sed magis siccis omnibus curare festina. Nā omnis humor distillationi præstat augmentū, Quum incisa uel usta duxe rint cicatricem, pro confirmatione in ultimo causticum imponitur.

De armis læsis. Caput. XLV.

Si armus læsus erit, in medio crure utraq; soluētur uenæ, et puluerē thu ris cum eo qui profluit sanguine copiosissime immisso armi lincantur. Quod si plus profluat q̄ necesse sit, stercus ipsius iumēti fluctibus impo nitur uenis & fascijs alligatur. Postero quoq; die quasi apoferesis fit, & ex eisdē locis sanguis detrahitur, atq; similis in omnibus cura procedit, Ab hor deo abstinebitur, fœno sustentabitur exiguo per triduum. deinde porri tres cyathos olei heminā miscebis, & per cornu faucibus infundes. Post sextum diem lente ingredi cogatur, & cum ambulauerit, mittatur in piscinam uel flumen aut mare ut natet, cum sparcia & pannis uincto pede, postea firmio ribus cibis ad saginam pristinam reuocādus. Si leuiter dolebit, uino & oleo tepefacto perfricetur in sole: si ualidius dolebit uentum in armū mittito, atq; pertundito à summa iuba infra digitos octo, ne cartilaginem tangas. Et cū inflaueris, ferula uel uirga molli armum cædito, sale & oleo perfricato. ipso die postre-

die postero stracta uteris: cuius hæc erit compositio: similæ sextarios duos, si defuerint pollinis triticei sextarios duos, cum aceto acri & cum tribus ouis miscebis: sed ouorũ solũ albũ mittes: adijcies etiã pulueris thuris unciã semis. Quæ omnia manu subigis, & in armos inducis, & per dies multos armum aqua calida cũ flore fœni fouebis diligenter, ut mollescat, stractam quotidie imponito, de uino puro armum lauato, Additurus unguentum: baccas lauri selibrã, olei sextariũ, uini boni sextariũ, nitri uncias 3. sed nitrũ et baccas lauri in puluerẽ rediges, & cribrabis. Ex quo in sole, cũ calida armus fomentatus fuerit, inungatur ex tepido, & diutissime confricetur. Post syncrisma ad curandos armos inducitur, & cum melius habuerit natatum mittito. Quod si eiecerit iuxta consuetudinem ad rotam armum reponito, & suprascriptis medicamentis curato. Si non senserit, ultimum est ut uratur. Armi doloris hæc sunt signa: pedem priorem tantum quasi rigidum a foris extrahit (sed conuenit inspici diligenter utrum ex percussura uel casu cœperit eã) & si ex iectura fuerit, prius locis suis reponenda sunt membra, & sic reliqua facienda. Quod si ex humore uel sanguine armi grauabuntur, sanguinem emittis à pectore uel unctionibus uteris.

De genu emoto uel basi. Caput .XLVI.

GEnu uel basim si semouerit ad tormẽtum rotæ uel macine, locis suis eiecta restitues, lanam succidam ex oleo & aceto infusam imponis, et alligabis ex more, tertio die solues fomentabisq;, post resinam inducem & piculam, ad ultimum malagma uteris aut caustico.

De fractura articuli, cruris, uel coxæ. Cap. XLVII.

IMpulsu axium uel rotarũ in circo uel in alijs locis uarietate casuum animalibus crura frangũtur, aut coxæ uel articuli, in qua necessitate si extra cutẽ fractura ossis erupit, hoc est, si † exbercen fecerit, difficilẽ noueris et prope insanabilẽ curã. Similis desperatio est, si coxam fregerit, aut † acroceria, aut supra gambam, insanabilis est casus, quia non recipit ligaturam. Si uero fractura sit sine uulnere in his locis, quæ constringi possunt, hac ratione curabis: Primo fracturam recompones, & fascies, mundis scissilibus infusis ex uino & oleo colligabis, Insuper lanarũ munimenta coniũges et regulas circunduces, Iumentũ aũt in cauterio uel in scalis uel in suspenso loco, ut

als. † atrocola.

als.ne fractura flebiliter.

loco, ut fractura uelut leuiter commeet, cui quotidie mane & ad uesperam suffundes, tertio die solues, & expleta curatione ligabis. Quinto quoq; vij. aut ix. die eadem facies, donec corpus inducat. Post hæc adijcies muscum de uitice, aut salicis radicem, & oua cruda quinq;, uerum non regulis, ut prius, sed circunductis ferulis alligabis. die tertio solues & fomentabis, de resina & axungia perunges: ubi cura profecerit, malagma uel causticum inducis, non ante tamen permittis stare iumentum quàm dies quadraginta prætereant. hoc autem tempus est quo diuulsa uel fracta solidantur.

fractura no ante quadragesimo solidatur

De flegmone, marmore, siue mallonibus. Cap. XLVIII.

tuber marmor mallo in quo differant

Cura absq; ferro

alia Cura

PLærunq; in genibus, uel articulis aut phlegmon oritur, aut marmora, aut mallones. Quæ uitia ex malo humore generantur, & passionem cum deformitate tumoris ostendunt, Sed ista distantia est, quod phlegmon tuber est molle, marmor duriciam ostendit ex nomine, mallo inflatus tuber est sine dolore, quibus recentibus potest facilius subueniri. Primo lanam succidam ex oleo & aceto induces, contra aquam frigidam & currentem animal constitues, Post sine ferro hac ratione curabis: Sinapis & salis alexandrini ℈ 4. aceti cyathos 2. axũgiæ ueteris selibram, simul contres & induces, post diem tertium soluis. Si aperturam fecerit, spongiam cum aceto & lasere imponis, uulnera styptico curabis. Preterea locum, quem curare uolueris, inducto philotro decaluas, Radicem filicis & eruum & ficus aphros contundes in pila & induces in panno, per triduum ligatum patieris manere. Alij radicẽ filicis & eruum cum axungia ueteri & aceto acerrimo putant oportere misceri. Item cineris quoq; de foco uncias 3. calcis uiuæ uncias 6. uino subigito ad craßitudinem oximellis, & anteq̃ obdurescant, tubercula obline. Quod si aßidue in recenti feceris, paßionis molestia siccabitur: Si uetustiora sint, punctis subtiliter inurantur, ne ui & igne uicientur. Talis quoq; cõpositio spargere phlegmon asseritur. Rhododanes uncias 3. bituminis, nitri ana uncias 3. axungiæ ueteris colatæ uncias 3. plæriq; dixerunt cauteria cuprino candenti duobus punctis debere prærumpi, & phlegmon effundi, licineo quoq; intorto cũ axũgia, & aceto, & oleo loca, de quibus muscus eiectus fuerit, satiare: per foramina etiam ustionis lemniscũ trahi debere, ut quicquid humoris est, egeratur. Post hæc cataplasma et fœnugræ-

co, &

co & uino confectum inducis, cũ usta ceciderint & tumor resederit, lemniscum eximis, traumatico curabis, ad ultimum causticum inducis. Alij sagitta pertuso corio phlegmon effundunt, & lanã madidã cũ aceto et lasare plagis inserũt, sic spongiã cum pusca acri & lasare supra uulnus imponũt: tertia die solluunt, lanam eximunt, & tetrapharmaco curant quinq; diebus uel septem. Si uero marmor habuerit, ex quo ualidius claudicet, & uix flectat articulos, inurẽdus est leuiter. Cui post feruntam malagma, quæ cupressina appellatur, oportet imponi. Ex qua curatione sanitas redditur, & deformitas permanet. Si autem mallon in genibus uel articulis excreuerit, continuo curam adhiberi oportet, ne neglecta passione deformitatem tumor augeat, uel obduratione diuturna conuertatur in marmor. Aperies in pedibus siue genibus dextra ac sinistra uel ferro uel cauterio cuprino, sicut superius declaratũ est, lemniscum traijcies cum aceto, et sale, & oleo, ut supra, cataplasma imponis, donec feruor desinat et saniem faciat. Post purgatis uitijs lemniscos eximis, et traumaticũ imponis, et ternis diebus interpositis solues, et medicamentum renouabis, donec sanetur.

De aquatilibus & ozœnis. Cap. XLIX.

SI aquatilia in articulis uel in gambis fuerint, frigido ferro oĩno nõ sunt tangenda, ne abundantia humoris iumento discrimen importet. Sed utẽdum est scarificatione subtili, et detractione sanguinis, post quæ lauis ualidissimis, tam cum aceto quàm cum optimo sale tunso, et oleo, uel axungia, per dies quinq; colliganda sunt loca. Si tardius hæc cura profecerit, utendũ est feruentissimo caustico ut faciat ustiones. Alia quoq; ratione sanãtur, si steatam qua trictores utuntur, et salem pro dimidia parte commisceas, lanamq; succidam ex aceto alliges, post diem tertium soluturus. Si aperturam fecerit farinam hordeaceam ex melle coctam cum lini semine & fœnigræco inducis, ad ultimum malagma crudum impones. Præterea atramẽtum sutoriũ, gallulas minutas, & alumen æquis ponderibus tunsum cum axungia miscebis, addito puluere mali granati, nitro, & aceto: quæ in commune decocta, uitium si adiungatur emendat. ficus siccæ cum sinapi cõtusæ mixto aceto imponuntur. Post diem tertium soluto medicamento, si tardius profecerit, eadem cura renouatur. Cum melius habere cœperit, alliceem impone articulis. Alij opoponacem cum farina hordeacea coctum in modum cataplasma-

tis imponunt. Nonnulli fabam fractam in aqua decoquunt, & mixto melle deterunt, & in panno inducentes curant. Adultimum malagma cupressinum imponunt. Plures calcem uiuam & cineres ex melle & uino commiscẽt, et ozoenis frequenter imponũt. Ad ultimũ caustico utũtur. Quæ genera curarũ et posterioribus pedibus adhibẽda ueterũ censet auctoritas, usus inuenit, addito sale et aceto cilicijs ozoenas defricare, donec cruor aut tumor eman. Quæ obseruatio etiãsi nõ persanauerit, sequẽtes tamẽ adiuuat curas.

aliis cura

De pedibus reumaticis siue uentosis. Cap. L.

INterdum reumatici iumentorum, interdum uentosi sunt pedes: quæ uitia nunquã tangenda sunt ferro, sed exiccanda per malagmas uel causticum, et aliquando urenda leuiter per uenas, ut cauterij meatus, qui humorem suscipiũt angustentur, et cõstringantur, ut pro tẽpore afferant medicinã. Quia in totũ, etiamsi intercisæ & adustæ sunt uenæ, nõ poterit talis causa sanari.

De impetiginibus. Caput .LI.

IMpetigines quoque in articulis uel genibus inter neruos commissuralibus locis aliquando nascuntur, & fit uulnus simile ragadio, & non facile sanatur, nisi stalticis uel stipticis rebus, non sine alligatura, uel interdum adustione curetur. Malagmas quoq; conuenientes oportet imponi.

De uligine. i. dulcedine. Caput .LII.

VLigines etiã in pedibus, cruribus, unguibusq;, uel sub armis aliquando generantur, quas quidam dulcedines uocant, habent similitudinem scabiei. Quæ cum se diffuderint, pedes exulcerant ad similitudinem lepræ, & urgente prurigine animalia sibi partes illas corrodunt uel alternis pedibus confricando uulnerant. Quod uitium à crudo uel putrido humore consueuit generari, & idem curatur detractione sanguinis, unctionibus, & purgationibus uentris, si radix cucumeris syluatici cum nitri puluere misceatur infusa per fauces, humores pessimos purgat.

De podagra iumentorum. Caput .LIII.

POdagra uero nonnunquã solet occupare iumenta, cum hominum uitium transit in pecudes: cuius passionis hæc sunt signa: nec stare potest nec ãbulare, sed si cogatur, claudicat, & sæpe se proijciet, sicut indigesta ex

hordeo

hordeo animalia faciunt, quæ propter dolorem non coquunt cibum, & ideo fit horridum, & corpus eius calebit, uenæ etiam extabunt, natura sub uissa. erit, in pedibus stercus hærebit propter nimiũ eorũ calorẽ, sicut subtritis solet euenire: cui proderit si nõ sinatur accũbere, sed minutim deãbulare & loco sicco, donec sudet, multorũ manibus cõfricandũ est, ut uehemẽtius sudet, sanguinẽ ei detrahes à capite à superioribus uenis, sed nõ multũ. sequẽti die de posterioribus locis detrahes supra talos. tertio de gambis uel de sub ipsis dolorũ locis. Memineris semper parũ oportere detrahere. Aquã calidã dabis in potu, in qua adijcies puluerẽ nitri, & triticeã farinã, pollinẽ quoq; thuris accetabulũ plenũ in uino maceratũ infundis, & triduo per nares singulas cotylas: betas etiã excoques & aquã earũ ad tres cyathos suffundes, & exercebis eum singulis diebus, uentrẽ quoq; eidẽ expurgabis ut auferatur humor pessimus, qui descendit in uenas. Hoc genus purgationis adhibebis: thimi acetabulũ plenũ in uino ueteri dulci macerabis, et singulas cotylas per nares eidem infundis, fœnum uiride adponis. Quod si defuerit, sic cum nitro aspersum dabis. Si nihil profecerit, castretur, & uitio carebit nam podagra raro uexat eunuchos.

De orthocolis siue stillosis. Caput .LIIII.

ORthocola etiã iumẽta uel stillosa dicũtur, quæ contractionẽ neruorũ patiuntur in pedibus, & de capitibus ungularum calcant, & sunt rigidi articuli, plenas ungulas in terrã ponere nõ possũt. Quod uitiũ nascitur ex enormitate onerũ & labore cõfragosarũ uiarũ. sed hac ratione curantur: sanguinem ei de subcirro uel de coronis detrahes, ungulas bene compones, pollinem ex hordeo & resina cum axungia decoques, & ter in die perunges: tepida quoq; in qua uerbena decocta fuerit, confouebis, et tota eius crura acopo perfricabis. Post dies quinq; cataplasmabis eũ ex polline hordei & lini semine & fœnigræco æquis ptibus ex uino decoctis cataplasma imponis in omnibus cruribus ante acopo perunctis ab auriculis usq; ad genua; quæ loca lanis succidis munies & fasciabis, & ter in die paulatim incedere facies. Si hoc nõ pfecerit malagmã hãc auriculis eius ĩponis: armeniaci, galbani, opoponacis, medullæ ceruinæ lib 2 resinæ terbentinæ uncias 2. apocimatis librã, resinæ frixæ librã S. oleũ uetus qđ sufficiat, lẽto igne decoques et colabis, ĩpones in alutã per dies plurimos oĩbus pedibus, donec sani

necessaria festinatio est, quia sic solēt remanere si tardius cura præstitur. Alij uero urēdos censent paulatim in articulis, sed raro etiā pdestista medicina.

De pedibus & ungulis. Caput .LV.

ANimalium ungulæ asperitate ac longitudine itinerum deteruntur et impediunt incessum. Ex tortura quoq; si in aspero uel lapidoso itinere iumenta coguntur ad cursum indignationes oriuntur. Postremo etiā si nulla causa præcesserit, ociosa in stabulis ex collectione humorum incipiunt claudicare. Oportet autem solum ungulæ celeriter aperiri, ut per inferiores partes apostema digeratur, ne eruptionem super coronulas faciāt, & difficile ac tardius cura procedat. Cuius hæc sunt signa; Pedem priorem planum ponet, quod si suspēdere uideris gressum, ut diligentius intelligas causam, ungulam subradis, & locum quem uideris nigriorem, digito pulsabis, si cesserit in dolore et maturum fuerit, aperies, & saniem emittis, pendiginem circuncides ad uiuum, ex oleo roseo, et aceto et sale cum stercore ipsius linteola imponis, animal calciabis, tertio die solues, si caro excrescit gramen decoques cum oleo et impones. Si uideris carnem ipsam nigrescere, inspicies ne aliquam fracturam habeat, neq; clauum aut lapidem acutum, aut spinam propter quod fomentis & resina utaris, ut possit educi. Cum purum uideris uulnus, traumaticum impone. Post quod adijcies fulignem siccam. Cum autem compleueris curam, resinam remissam et sulphur imponito. Quod si adhuc in alto apostema fuerit, hordeum uel fabam in aqua decoques, et ex inde fomentabis, ut exinde ad maturitatem possit adduci. Subtritos pedes fomentabis aqua calida, axungiaq; ueteri perunges. deinde testa candēti decoquis, oleo post & sulphure pariter cōtrito lana candente leuiter ures per triduum. Si uero contuderit, sanguinem de corona emittes, & calida fomentabis, axungia ueteri perunges, ouinum quoq; stercus cum aceto permiscebis, & imponis; quamuis alij caprinum efficacius credant.

Si pulmunculum ad aperturā fecerit. Cap. LVI.

SI iumentum ad aperturā pulmūculum fecerit, scias totum solum, hoc est assem, hac ratione tollendū: ungulam subradis, deinde inter commissuram calcis & assis in circūitu incidis, subleuabis a parte priore & solum calcis retrorsus expelles, ubicunq; pulmunculus fuerit, radis ad uiuū,

& adijcies

& adiicies lanamentum ex oleo, & aceto, & sale, & stercore ipsius imponas et calceas, tertia die soluis & tollis post hoc fomentabis: farinam hordeaceam resinã, & acetũ decoques, ꝑ triduũ impones; hoc enim medicamento etiam fracturam curabis, si frequenter apponas. post etiã traumaticum cum linimento impone, & cum corpus fecerit, coriũ maligranati & bitumen iudaicũ ex aceto decoques & impones triduo, & cum solueris iterũ impone, donec obdurescat in cornu.

Si exungulauerit iumentum, & si suffusionem pedum patiatur. Caput .LVII.

SI exungulauerit iumentum cura difficilis, sed profutura si non egebit industria, papyrum cãdelarum purgatam, subtiliter carpis, intingis in oui crudi albumento circa nudatum pedem in circuitum pones, panno & fasciolo superligabis, post diem tertium soluis, fomentabis farina frumentacea, resina, aceto & melle pariter decoctis, interdum, Iumentum pro farina mittis. Si uulnus non erit purum, uino tepido lauabis, liniamenta cum mel le impone; cum purgauerit traumatico uteris. Cum autem duxerit cicatricem corium fabæ cum pelle ceruina cumbures, ex melle temperabis, addito puluere bituminis iudaici & maligranati, cum aceto: alternis diebus medicamentum renouabis, donec cornu ungulam faciat. Ad ultimum sparciam ueterem contundes, ex aceto in olla noua decoques, ex quo ungulam obdurescentẽ obuolues, & ad plenã reuocas sanitatem. Si suffusiones pedes patiãtur, ficus siccas cum sale pro æqua parte contonde & ungulis impone.

De pedibus attritis siue mollibus. Cap. LVIII.

ANimalibus exiguæ ungulæ crescunt, uel attritæ reparantur, si allii capita 7. Ruti manipulos 3. aluminis tunsi & cribrati uncias 7. axungiæ ueteris pondera 2. stercoris asinini plenam manum commisceas ac decoques & utaris. Prudentius consilium est pedum tueri sanitatem, quàm passionem curare. Coroborantur autem ungulæ, si iumenta mundissime sine stercore uel humore stabulentur, & roboreis pontibus consternantur. Articuli quoq; uel suffragines post iter calido foueantur uino. Naturaliter autem molles ungulæ solidantur, si hederæ seminis duas partes & aluminis rotũdi unam partem pariter contundas, & calciatis pedibus per multos

medicamen to fortificandas ungulas

dies inducas. Item subtritis pedibus prodest, picis liquidæ selibrã, aceti hemi nam, salis librã, hederæ folijs quantũ sufficit pariter contundis, & laboranti quotidie pedes perunges. Mollissimæ ungulæ hoc uno medicamine, quo potentius nihil est, assolēt indurari. lacertã uiuũ uiridē in ollam nouam mittis, adijcies olei ueteris librã .i. aluminis iudaici selibram, ceræ librã, absynthij tunsi selibrã, & decoques cum lacerto: Cum fuerit resolutũ, calentia uniuersa colabis, abiectisq; ossibus & purgamentis, liquatum medicamen in ollam remittes, & cum ungues indurare uolueris, ungulam subradis, & factum unguentum in cannam uiridem mittes, adhibitis carbonibus, prope feruens, per cannam instillas ungulis: prouisurus ne coronam tangas aut ranulas, si bis exceptis, in solo & in circuitu solidaturus ungulam confricabis. Memineris autem ungulas excrescēdo renouari, & ideo interpositis diebus uel singulis mensibus talis cura non deerit, per quam naturæ emēdatur infirmitas.

De dorso confirmando. Caput . LIX.

Animalium dorsa ut laboris plurimum sentiunt, ita diligentius sunt curãda Exceptis enim his, qui deputati sunt circo, reliquum mulorũ, equorũ, asinorũq; genus sub sellis aut sagmis solo tergo præstat officium. Vnde laudabilior industria est, quæ incolumitatem tuetur, quàm quæ cupit læsa curari. Nam diligentia defendit à uitio, si centones uel saga primũ sufficientia, deinde mollia imponantur, & lota, atque ad tempus diligenter excussa, ne aliquid sordidum aut asperitatis inhæreat quod sub pondere inuleeret pellem: tunc sagmarum uel sellarum mensura conueniens, & apta qualitas debet adhiberi. Si enim ista minora fuerint uel maiora, angustiora uel ultra modum lata uel quæ non congruunt, grauiter nocent. Hinc enim collisiones, suppurationes, a postematáq; nascuntur, cum nimis locis in æqualibus premitur pondere, uel discentes tracturam mercurius aut spina deteritur. Ipsorũ quoq; pōdere, etiamsi in stratis nulla sit culpa, enormitas nocet, & ideo temperanda est mensura ne inferat uulnus.

De dorso curando iam læso. Caput . LX.

Quod si dorsum sedentis iniuria tumere iam cœperit in recenti statim mallonem separũ .i. calamos siccos unde fasces dependent, in quam frurentissimam mittis, & aliquandiu maceratum, calidum

super tu

laudabilior industria est que incolumitatem tuetur quam que cupit lisa curari

super tumorem impones, fascia constringes uel cordiscum super impones, una quoq; nocte manere patieris absq; suppuratiõe palpabitur tumor. Quod si clauum fecerit, farinam hordeaceam cum folijs caulium contundis pariter & tepidã impones. Cinerem quoq; cũ oleo miscebis, & inducis quàm diu clauus cadat: cum ceciderit lyppara utere cum minutißimis pannis, uel mel cũ lintcolis; cum ulcus purgauerit, licio percurabis.

Si pulmunculus nascitur in dorso animalis . Cap . LXI.

SI pulmunculus natus fuerit in dorso, difficile est eum medicamentorum appositione siccari: sed si paruulus fuerit, cautere, & præcipue cuprino aperiendus est, ut sanies quã colligerat, egeratur: tunc curandus est sicut moris est usta curari sed commodius est pulmunculum decusatim ferro secare & eximere, ita ut pellem ad modum præcidas, ne cum cicatricem duxerit, inueniatur epidarmus: oleum, acetum, et salẽ continuo addis in plagam, & ne nimius sanguis erumpat, stercus ipsius uulneri superponis & colligabis, die tertio folia caulium tunsa cum oleo, & aceto imponuntur per dies quinq;. Cum iam ducere cicatricem cœperit, licio curabitur.

Si uulnus fecerit. Caput . LXII.

SI uero fecerit uulnus, indulgebis otium, ut diligentius curetur, & recepta sanitas confirmetur indutijs, nec imponendus est labor qui rescindat adhuc teneras cicatrices. Sanatur autem ulcus si gallas syriacas cõbustas cum melle superimponas. Pulueres quoq; corticum pini & flos calcis uiuæ æquo pondere miscebis, & uulneribus inspergis. Pillulas quoq; cypreßi tunsas, & cribratas, et cortices quercus tritos & in puluerẽ redactos mittis. Præterea ossa sepiarum & testas etiam ostriarum in puluerem rediges, & æreí quoq; uasis fuliginem pariter miscebis, quæ bene tunsa si frequẽter asperseris, siccatum uulnus ducet celerius cicatricem.

Vt pili renascantur. Caput . LXIII.

QVod si pili tardius crescũt, uiuã testudinẽ supra sarmenta cõbures, et cineres eius in nouũ cacabũ mittes, additis uncijs ʒ alumis crudi, medullæ ceruinæ qđ sufficit, & uino infuso decoques & diebus plu

rimis

rinis imponis reuocare pilos creditur. Puluis de fabis cõbustis, uel de lupinis crudis uel de folijs fici cõbustis †seuo cõmixtus superponitur assidue. Quod si nulla præcedẽte causa deciduñt pili, Spica nardi, uuas passas pariter tundes & ex aceto decoques, calidumq; medicamentũ glabro corpori impones.

De denigrandus pilis albis. Caput. LXIIII.

SI album pilum nigrescere cupias, atramẽti sutoricij scrupulos 7. odolaphinis succum scropulos 4. cepi cparini quod sufficit pariter temperabis & uteris.

Vt pili nigri albescant. Caput. LXV.

SI e diuerso albos pilos facere uolueris, cucumeris syluestris radicum libram unam, nitri scrupulos duodecim, in pulueres cogis, heminam mellis adijcies, quibus permixtis uteris.

FINIS LIBRI SECVNDI.

IN TERTIVM ARTIS VETERINARIAE VEGETII LIBRVM, PROLOGVS.

VVlomedicinæ me commentarios ordinante, ciuium, atque amicorum frequens querela, accepti operis cõtinuationem suspendit, deflentium ægritudines, morteśq; clamosissimas boum, cum magnopere peterent publicandum, si quid pro salute tam commodorũ animalium scriptum reperiretur in libris. Cedens itaq; familiarum honestissimæ uolũtati, ex diuersis authoribus enucleata collegi, pedestriq; sermone in libellũ contuli. Cuius erit præcipua felicitas si eum nec scholasticus fastidiat, & bubulcus intelligat. Maximo autẽ incitamẽto mihi fuit ipsorũ boum utilitas & gratia, sine quibus nec terra excoli, nec humanum genus sustentari ullatenus poterunt. Cuncta igitur legumina siue frumenta bobus merito aratrisq; debentur: uinearum ipsarum usus

rum usus

rum usus periret nisi eorũ adminiculis subuehendis carpẽta sudarẽt. Quid de diuersorum onerum cõparatione referamus, dum inter mobilia & quicquid grauius est, absq; uehiculis pene reddatur immobile? Reliqua quoq; animalia, ipsæq; cohortales aues & eorum capiunt labore substantiam. Vnde enim equis hordeũ, unde cibum canibus, unde porcis pabulũ dominorũ solertia ministraret, ni pararẽtur boũ labore frumẽta? Et ne longũ faciã bobus debẽt alimẽta quicquid ali potest. Apud alios genus mulorũ, apud alios camelorũ, apud paucos elephãtorũ licet exiguus usus est, nulla potest natio esse sine bobus. Postremo ut ad prouidentissimorũ uirorum scripta redeamus quorũ firmatur auctoritas iusticiã iumentorum cæde uiolenta derelictis terris ad syderum remeasse consortem. Quid potest laudabilius reperiri quàm ut nomen æquissimum, boum fugaretur interitu? quod dum homicidia fierent permanebat in terris. Duplicem igitur solicitudinem oportet impendi, ut sanitas incorrupta maneat, et ægritudo quæ ex casu uel negligentia siue labore contracta est, competentis medicinæ curetur ratione.

VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE LIBER SECVNDVS.

DE OBSERVANDA BOVM SANITATE. Caput primum.

VT LONGAEVI ET SANI SINT boues, bubulcum cõuenit prouidere uel dominũ, quatinus frigoribus calidissimo cubili muniantur, & si fieri potest, semper foco uicini sint boues. Quodam enim beneficio naturali eiusmodi animalibus semper ignis commodum est, siue q̃ inutilis & pestifer humor exudat, siue conceptũ ex pastu uel opere frigus expellitur, siue in flammarum halitu interna curantur. Præsepium oportet extructum esse

diligẽter, ne quid pabu'i inter pedes animaliũ pereat. Bouile autẽ loco sicco statuendũ est, assiduéq; mundandũ est, ita quod quotidie pabulũ ad edendũ inutile substernatur, ut boues siccius & mollius cubent. Parum quoq; fastidium est cum boues reuocantur ex opere, ut colla eorũ ex uino tepido perfundantur, & diutissime perfricentur. Cum uero de uia uel pastu redeunt luculenta a libita, priusquã deducantur ad bouile, aqua diluendi pedes, ne inhærentes corpori sordes ulcera generẽt, uel ungulas faciant molliores, uel certe molestiam manducantibus, uel inquietudinẽ afferant dormituris. Sed hyeme omni solertia frigus est prohibẽdum, uelut æstiuis mẽsibus pura aura quærẽda. Per diẽ igitur sub umbra, per noctẽ sub diuo boues stare conuenit. Nõ enim pauciores si æstuauerint, quã si alserint colligũt morbos. Preterea unum ouum crudum cum hemina salis et sextariũ uini per singula capita sepimo diffun di percommodum est. Iuuat etiam si allium tunsum hircino misceas sepo, herbam quoq; uerbenam additam deteras, rutam herbam, etiam pollmem iniungas, & cum uino per os digeras. Cauendũ præcipue est ne aut cursu nimio, aut longo itinere fatigentur, uel ullis grauioribus certe oneribus affligantur: nimiam enim lassitudinem sequitur ægritudo, & omne animal est debile si rumpitur. Aquam quidem istius generis animal non requirit nitidissimam, nec usq; adeo læserit si sordidam biberit. Sed tamen bubulci diligentius est procurare ut mun lam semper & optimam bibant. Maxime autem stu tendũ est ut competentibus redundantibusq; saturi semper habeãtur et pingues. Omnis enim ægritudo exordiũ su ut ex macie. Exhaustũ animal celerius labor frangit, æstus uexat, frigus penetrat. Non solum enim æstiuis mensibus pascuu n sufficit ubi frondes diuersi generis addantur, & minuat uarietas ipsa fastidium Hyeme non tantum paleis, sed fœno quoq; et hordeo, & sepius eruo saginãdi sunt boues. Nulli autem uberiores ciborum reputabit expensas, qui considerare uoluerit boum per in opiam pereuntium quam cariora sunt precia. Aduersum boum morbos non minor adhibenda est diligentia quàm equorum.

De morbis boum, & primo de malleo. Cap. II.

NAm equinũ genus morbus q appell itur malleus, diuerso genere passionũ emigrans per plures cõtagione cõsumit, boues quoq; idẽ mor

bus

bus interficit, sed à diuersis diuerso nomine uocatur, quẽ plærũq; uulgus † appellat. Hic morbus bouẽ si quando tentauerit, istis agnoscitur signis; erit pilo horridus et tristis, stupentibus oculis, ceruice deiecta, saliuis aßidue per os fluentibus, incessus pigrior, spina rigidior, fastidium maximum, pauca ruminatio: cui si inter initia subuenire tentaueris, discrimen euadet: si per negligentiam adhibeatur tardior cura, uetustioris morbi non potest superari pernicies roborata. Inter exordia igitur tediãti boui aduersus oẽs morbos potio ista succurrerit: tres semis uncias squillæ minutatim concisas, preterea radices teneræ popinum effossas & diligenter lotas cõtondes in pila, & tria ex his pondera addito sextario salis in unum septem sextarios mittes, & per septem dies per os bobus singulos sextarios digeres. Quod si toto anno aduersus oẽs ægritudines desperatas boues stagnare uolueris, incipiente uere .i. ab idibus februarij quindecim diebus continuis, hanc potionem dabis omnibus diebus, quæ usq; adeo salutaris est, ut approbatũ sit integro anno boues sic curatos nullius morbi cõtagione tentari. Talis etiã compositio & morbis resistit, & uires animaliũ firmat: folij caprinis, folij mirti syluestris, folij cipreßi añ uncias tres diligentißime deteres, infundes in congiũ aquæ, & una nocte sub diuo manere patieris, & inde unoquoq; boue tepefacto per triduũ singulos sextarios dabis: quæ potio ad stagnãda aĩalia quater in anno facienda est ultimis tẽporibus ueris, æstatis, autumni, et hyemis. Morbos ægritudinesq; depellit. tres uncias baccarũ lauri, gentianæ, aristologiæ lõgæ, myrrhæ, betonicæ diligentißime detere et misce cũ mero, ex quo trinas heminas triduo iugiter iumẽto p os dabis. Spicæ quoq; allij tritæ, cũ uino quoq; per nares infusæ purgãt capita iumẽtorũ. oua cruda cũ melle iumẽtorũ faucibus inferuntur, atq; ita fastidiũ ac nausia discutitur. Expedit tamen salẽ pabulis misceri, Marrubiũ quoq; tritũ mane cũ oleo uinoq; diffundere, thuris puluerẽ cũ mero siue per nares inieceris, siue p os dederis prodest. Nec minores medicinæ bobus horũ copia subministrãtur. Nam porros, rutã, apium, & herbã sauinæ si quis large deterat, et misceat uino, ternasq; heminas præbeat ad potandum ægrotantibus subuenit. Plurimiq; caulẽ uitis albæ cõcisam atq; serpillũ & squillæ partẽ in aqua macerãt, ternasq; heminas per triduũ digerũt, quæ potio uentrem purgat, uires quoq; confirmat. Ad interna autem curanda præcipue amurca creditur salutaris, si tantundẽ aquæ misceas, & animal

bibere consuescat. Sed quia licet sitiat, potum fastidiat ignotum. Primo cibi asperguntur, deinde aqua exigua potio medicatur, ad ultimum pro mensura miscetur, & usq; ad saturitatem sitientibus datur. Quocũq; autem tempore, sed maxime æstate, si boues concitentur ad cursum, aut aluus eorum ad perniciem soluitur, aut febriculæ cõmouentur. Natura enim pigrũ, et labori potius q̃ uelocitati accommodũ, uehementer læditur si ad opus cogatur insuetũ. Periculosum quoq; est, si ad præsepia sues aut gallinæ peruenerint. Nam bos cum gallinæ fimum inter pabula sumpserit, statim nimio uentris dolore torquetur, inflatusq́; moritur; cui hac ratione succurri cõuenit: Apij seminis uncias 3. cimini sextariũ semis, et duas lib. mellis cõmisces, et tepidũ p os ĩfundes, ac tam diu ambulare compellis, & confricas manibus plurimorũ, donec uentrem potio moueat. Gisni quoq; cum uino deterere, & per os dare creditur salutare remediũ. Lixiuiũ quoq; ex arbore ulmi, uel cuiuscunq; generis ligni cinerem, dũmodo bene coctum, cũ oleo miscebis, & liquidũ ac tepidũ diffundere per fauces, aduersus stercus plurimũ prodest. Si aũt porcinũ stercus bos deuorauerit, statim pestilẽtiam cõtagionis solus mallei sustinet morbi. Qui cũ semel in gregẽ uel armentorũ uel domitorũ incesserit iumentorũ, statim oĩa animalia quæ leuem suspitionẽ habuerunt, de possessione tollenda sunt, & distribuẽda illis locis, ubi nullũ pecus pascitur, ut nec sibi inuicem, nec alijs noceant. nam pascẽdo herbas inficiunt, bibendo fontes, stabulo præsepia: et quãuis sani boues, odore morbidorũ afflante depereunt. Usq; eo etiam mortua cadauera ultra fines uillæ proijcienda sunt, & altissime obruenda sunt sub terris, ne forte ipsorũ corporum interna sanorũ contingantur & pereant. Uno quidem uocabulo pestilentia appellatur, sed habet plurimas species, quas enumerare non licet (uel riget): facilius ipsa principia à diligentibus intelligi possint. Est itaq; humidus humor, quoties per os et nares humor effluit bobus, & fastidium ægritudoq́; consequitur. Est siccus quoties nullus humor apparet, sed animal quotidie macescit & fit deterius, nec iuxta consuetudinem appetit cibos. Est articularis quoties interdum de prioribus, interdũ de posterioribus pedibus claudicant boues, cum habeant ungulas sanas. Est & subrenalis quotiens à posterioribus debilitas appareat, & quia lumbi dolere creduntur. Est farciminosus quotiẽs per totum corpus bobus tubercula exeũt, aperiunt se, & quasi sanantur, & iterum in alijs locis exeunt. Est & subtercutane

tercutaneus, quoties humor pessimus in diuersis partibus corporis bobus erumpit & decurrit. Est elephantiosis, quoties uelut scabies minutæ cicatrices exeunt extra coriũ, et ad similitudinẽ lẽticulæ. Est mania quæ refectis bobus eripit sensum, ut nec audiãt more solito, nec uideãt: ex qua passione celerrime moriũtur, quãuis hilares pinguesq; uideãtur. Hi oẽs morbi cõtagiõe sunt pleni, & si unũ animal apprehẽderint, celeriter ad oĩa trãseunt, & sic interdũ aut integris armẽtis, aut oĩbus domitis afferũt interitus. Vnde oĩ studio quæ semel tentata fuerũt segregãda sunt animalia, et ad ea loca mittẽda, ubi nullũ animal pascatur, ne cõtagiõe sua oĩbus periculũ generet, et negligẽtia domini (sicut solet à stultis) diuinæ imputetur offensæ. Euincẽdi tamẽ sunt, & exquisitis remedijs expellendi quãuis acerbissimi morbi. Panacem supplissarijs comparas. Eryngion autem herba dicitur, quæ in littore nascitur prope undã maris, florẽ habet quasi aureũ uel galbineũ, folia eius sunt quasi folia cardui syluestris, inter arenas littorum largissime spargitur, has effodies, & in umbra siccatas seruabis, aduersus morbũ tam equorũ quàm boum plurimũ prosunt. Ex quibus potio cõponitur ista: Radicis panacis, itemq; radicis herbæ eryngij ternas uncias, seminis quoq; fœni uncias 3. pariter deteres diligẽter, addisq; farinæ triticeæ sextariũ, ita ut prius frumẽtũ frãgas et molas: quæ oĩa de calida feruẽte cõspergis, et cũ melle uel sapa nouenas offas singulis diebus digeres. Præterea sanguinem marinæ testudinis colliges, & cum uino per os dabis. Quam quia inuenire difficile est, uulgariũ testudinũ prodesse æstimant. Quod utrũ bene opinãtur, usus uiderit. Nã auctores de terrestri testudine tractauerunt. Puluerẽ et cassiæ fistulæ, necnon etiam thuris pro æqua parte admisces, ex eo unã semis unciã cum sextario uini ueteris in die per nares bouis infundis. Quod medicamentũ per triduũ facies. Morbi quoq; quos superius noĩauimus amari sunt, & nõ nisi amaris potionibus superantur. Nã cõtraria cõtrarijs potionibus curãtur ratione medicinæ. Ideoq; puluerẽ herbæ absynthij et crudorũ lupinorũ, herbæ quoq; centaureæ uel peucedani æquis põderibus diligẽter misces et in sextario uini ueteris trina coclearia singulis diebus, additis uncijs 3. olei, per os dabis. Præsens quoq; remediũ experimentauerunt: radiculã herbæ cõsiliginis (quã alij pulmonariã uocãt, alij tantũdem radiculã) sinistra manu ante ortũ solis collige (quia sic maiorẽ uim habere creditur) tunc ad acum uel acutũ cuprinum

ꝑs auriculæ quæ lata est, quasi in circulo signatur, adprematq́; ut rupta cute leuiter sanguis exeat. Quod cum ex utraq; parte feceris, medium orbiculũ perforas ad acum, & in eodem foramine inseres: quod ubi exierit, omnis pestilentiæ uirus per ipsum defluit uulnus, donec ille solus locus, qui designatus est, putrescat & decidat, atq; ita animal liberetur. Visci folia cũ uino trita defunduntur in nares, atq; ita singulis bobus, siue uniuersis gregibus cum morbum incurrerint subuenitur. Suffimenta quoq; plurimũ iuuant, sulphur, bitumen, allium, origanum, semen coriandri, carbonibus insperge, & cooperta boum supra uas, in quo suffimenta incẽderis, diutißime continebis, ut fumus os eorum capiat, ac nares impleat, atq; ita ad cerebrum & interna salutari remedio penetret. Sed & totũ suffimentare percõmodũ est, ut ab eodẽ morbo pnicies expellatur, et cætera pestilẽtiæ cõtagio nõ coinqnet. Generalia igitur remedia aduersus morbos generales contagiososq́; retulimus, nunc aduersus ualitudines, q̃ singlis aĩalibus accidũt, nec in alia trãseũt, remedia subiũgemꝰ

De cruditate. Caput .III.

CRuditas plurimum nocet, cuius hæc sunt signa; crebri ructus, cibi fastidiũ, sonitus uentris, intensiões neruorũ, oculi hebetes: propter quæ nec bos ruminat, neq; linguã detergit ut solet. Prodest itaq; ut duos cõgios ubi bibi poßit digerere per fauces Post quos statim braßicas triginta caules modicas decoques, & ex aceto dabis, suspẽsumq́; aĩal ab alio cibo penitus abstinebis. Alij cruditate laborantes, clausos in bouili detinẽt, nec cibos præbent. Præterea lentisci et oleastri cacuminũ pondera 4. deterũt, et cũ lib. mellis atq; aquæ congio miscẽt, quæ una nocte sub diuo mittũt, atq; ita faucibus digerũt. Deinde interposita hora, macerata infusaq́; erui 4. lib. obijciũt, ab alio quoq; cibo uel potione prohibẽtur. Nã si neglecta fuerit cruditas, uentris inflatio intestinorũq; subsequitur, exprimit gemitus, cibosq́; capere nõ sinit, nec in loco consistere, decũbere & uolutare cogit, caudamq́; freqũeter cõmouet. De exprimẽdo medicina est caudã iuxta clunes resticula uel lino uehementer astringi, uiniq́; sextariũ cũ hemina olei tepidũ dare ꝑ fauces, atq; ita ꝑ mille quingẽtos passus bouẽ currentẽ trahere; si dolor permãserit, ungulas eius secare, et uncta manu ꝑ anũ fimũ extrahere, & rursus agere currentẽ. Si tardius proficit, tres partes lauri diu cõteruntur, et cũ duplici aquæ calidæ dantur. Si ista nõ ualent, mirtæ foliorũ syluestris duæ lib. tundũtur in pila, &

duæ ex calida aqua miſcentur, ac per uas ligneũ faucibus infundũtur. Atq; ita ſub cauda quatuor digitis ab ano pcuſſa uena ſanguis emittatur. Qui cũ ſatis effluxerit papyro ligata cauda reſtringitur. Poſt cõcitatus bos agitur uſq; dũ anhelet. Ante detractionẽ tamẽ ſanguinis adhibentur iſta remedia: tribus heminis uini, quatuor unciæ cõtriti olei pmiſcẽtur, poſtq; potionẽ cogetur currere: duæ quoq; unciæ ſalis cũ decem uncijs ceparũ atterũtur: mel quoq; decoctũ admiſcetur, ex quo facta collyria longiora nõ parum ualida immittunt in anũ, ut uẽtrem reſoluãt: atq; ita bos currere cogitur. Ventris quoq; & inteſtinorum dolor ſedatur, ſi anſeres natantes, & maxime anates animal aſpexerit. Nam anas mulos, etiã equinũ genus cõſpectu ſui celeriter ſanat. Sed interdũ in illa medicina cõuenit ſequiturq; omniũ uitiũ, quorum ſignum eſt ſi exuentũ † mutoſumq; uentrem ediderit, ſingulare remediũ eſt cupreſſinæ quindecim, uerbenæ quindecim gallæ diligentiſſime tritæ quantum utræq; ponderãtur tanti ponderis uetuſtiſſimus caſeus, quibus pariter detritis admiſcẽtur uini auſteri ſextarij 4. & in potu dantur, ita ut lentiſco mixtaq; oleaſtri cacumina præbeantur. Si uenter cœperit fluere, & uideris egere corpus et uires capito plerũq; inutilẽ reddit, quia ex cibarijs ad mede † lam bouis nil peruenit, quod ſic uideris per uentrẽ proijci quã quod mãducauerit. Quæ cũ acciderint prima die à cibo et potu abſtinẽdũ eſt, ita q̃d nec ſecunda die bibere permittatur, cacumina tamẽ oleaſtri et cannæ ſylueſtris, itẽq; baccæ lentiſci et myrti dandæ ſunt, nec poſt triduũ etiã poteſtas bibendi niſi perparũ cõcedenda eſt. Sunt qui ex folijs lauri teneris librã 1. abrotanum hortenſe pari portione deterũ cũ aquæ calide 2. ſextarijs, atq; ita faucibus infundũt, pabulaq; ſupius præbẽt. Aliqui uero 2 lib. ex uinaceis ad focũ torrẽt et cõterũt, et cũ ſextario uini auſteris ad bibẽdũ dãt, et cũ merata ſæpius cacũina obijciũt. Q̃d ſi neq; proluuies uẽtris erit neq; inteſtinorũ dolor recuſat tamẽ cibos et prægrauato capite erit: lachrymæ quoq; oculis et pituita naribus currit, uſq; ad oſſa frons media uratur, aureſq; ferro diſcindãtur, ſed uſturæ igneæ factæ ut ſaneſcant ueteri urina bouis ipſius cõfricandæ ſunt. Aures uero ſciſſæ picula oleoq; curãtur. Periculoſum faſtidiũ bobus ranulæ faciũt, quæ aperiẽdæ ſunt et allio cũ ſale pariter trito ipſa uulnera cõfricãda, ut omnis humor exeat prouocatus. Melius creditur ſi ad acutã cannã execes ranulam, poſt uino os lauatur. Interpoſito unius horæ ſpatio uirides herbæ uel fron-

uel frondes dantur. Tam diu aūt sustentantur mollibus cibis, donec facta uulnera cicatrices ducant. Si neq; ranula fuerit, & non appetent cibum, allium tritum cum oleo naribus infundes.

De Febre. Caput .IIII.

BOs si febrire cœperit (quod ex uenarum inquietudine, & calore totius corporis uel oris intelliges) una die à cibo est penitus abstinendus, ita ut postero ieiuno eidem sub cauda exiguum sanguinem detrahas, atq; interposita hora trigesima paruos aculeos decoques, et ex oleo ac liquamine per os digeres, eamq; escā per dies quinq; ieiuno dabis. Præterea cacumina lentiū, uel oliuarum, uel tenerrimum quenq; frondem, ac pampinos, si eodem tempore sunt, præbebis in cibo. Labra quoq; eius deterges ad spongiam, & aquam frigidam ter in die offeres ad bibendū, ita ut infra tectum bos febriens teneatur, nec antequam sanatus est dimittatur in pastu. Febrientis autem ista sunt signa; lachrymæ profluunt, grauatur caput, oculi semiclausi sunt, labra saliuis madida, longior & cum quodam impedimento tractus spiritus, frequēter et gemitus. Tussis boum non minus diligenter sananda est quàm equorū: si recens fuerit, sextarius farinæ hordeaceæ cum uno ouo crudo & hemina passi per os datur ieiuno: gramen quoq; concisum tunsumq; admixta farina fabæ frixæ & pollinis lentis, sextario aquæ calidæ miscetur, agitataq; diligenter per os diffunditur. Veterem tussim sanāt duæ libræ hyssopi maceratæ ex aquæ sextarijs tribus, quod infusum teritur, & cum duabus partibus farinæ miscetur, & per os datur, super quod aqua hyssopi, in aqua decoctum infusum decoctumq; etiam propinatur ad cornu. Porri etiā succus expressus cū oleo & ipsi febri cum hordeacea farina remedium præstant. Radices quoq; eius diligenter lotæ, & cum farre triticeo contusæ, ieiunoq; datæ, discutiunt uetustissimam tussim. Idem præstat eruum si in pabulis cū ptisana hordei mollitum, & cum aqua tepida uel mulsa in fauces saliuanti ore dimissum. Suppuratio, quam apostema dicūt, melius ferro aperitur, post cū expressum pus aut sanies fuerit, sinus ipse, qui eā continebat, urina bubulina calida lauatur, ac linamentis ac stuppis siue linteolis pice liquida et oleo infusis curatur. Qđ si colligari ea pars, ubi est ulcus, non potest, lana candente sepum caprinum aut bubulinum stillatur. Aliquāti, cū uitiosam partem inunxerint, tunc urina ueteri humana lauant, atq; ita æquis ponderibus pice liquida cum ueteri

axungia incoquunt & liniunt. Sanguis cum ex aliqua necessitate ad pedes uenerit boum, claudicationẽ affert. Quod cum accidit, inspecto ungulã, inuenies eam ultra solitũ calere, & uitiatã partem premi uehementer bos non patitur. Sed si sanguis adhuc super ungulas in cruribus est, ad triduũ crura his perfricatione discutitur. Quod si tantũ in ungues descẽderit, cultello leniter inter duas ungues aperies, & mundabis deintus, et postea stuppam sale atq; aceto infusam applicabis ad foũ, sparta opere calceatur, maxime quæ datur operantibus, & in aquam non mittat pedem, sed ubi siccum est ambulet. Qui sanguis nisi emissus fuerit famem creabit. Quo suppuratio etiam curabitur. Nam primo ferro circuncisus expurgatur ad uiuum. Deinde panis aceto & oleo & sale madefactis impletur, mox axungia ueteri & sepo hircino pari pondere ferro candenti stillantibus curatur, & perducitur ad sanitatem. Si sanguis in interiori parte ungulæ est, nec aperturam facit, & tantũ claudicat animal, extrema ipsius ungulæ ad uiuum resecantur, & ita remittitur, ac stuppa uel linteolis cum sale et oleo & aceto infusis pes inuolutus sparta munitur. Mediam uero ungulã ab inferiori parte non expedit aperiri, nisi eo loco in quo suppuratio facta est. Si claudicat ex dolore neruorũ, oleo & sale genua poplitesq; & crura confricanda sunt calido aceto, & lini semen aut milum detritũ infusumq; aqua mulsa imponendum est, & spongia quoq; feruenti aqua infusa & expressa, conspersaque postmodum melle, genibus circumdatur ac fasciis alligatur. Quod si humor est cum tumore, fermentũ uel farina hordeacea ex passo aut aqua mulsa incocta imponitur, & cum maturauerit suppuratio, scinditur ferro, emissaq; sanie (ut supra docuimus) percuratur. Potest etiã radix lilij uel squilla cum sale, uel herba sanguinalis (quam paraganon Græci appellant) uel marrubium ferro aperta sanare. Omnis autem corporis dolor, si sine uulnere est, recens fomentis mellinis discutitur. Vetus autem uritur, Et supra uulnus uel buyrũ uel caprina instillatur axungia. Scabies sanatis trita oleo defricata. Eodẽ quoq; remedio rabiosi canis sanatur morbus uel lupini uulnus illatum. Vetus quoq; sa famentum utranq; perhibetur plagam curare. Ad scabiem quoq; praesentior medicina ista est: si cunulã bubulam sulphurq; conteritur, admixtaq; myrrha cum oleo atq; aceto decoquitur, & cum tepescere cœperit, alumen scissum tritum inspergitur: quod medicamentum candentis olei illinitum prodest.

Vlceribus gallarũ tritarum puluis inspergitur. Succus quoq; marrubij impositus cum fuligine sanat. Infesta pestis est bubulum pecori (quã ✠ magniũ rustici uocant) cum pellis ita dorso hæret, ut apprehensa manibus deduci nõ possit à costis: quæ res non aliter accidit quàm si bos ex languore aliquo ad maciem deductus est, aut sudans in corpore faciente refriguit, aut si lapsus sub onere uehementer est infusus in pluuia: quæ quandoq; pernitiosa sunt: custodire debemus, ut cum ab opere redierint boues adhuc æstuantes anhelantesq; uino aspergantur, & offula panis uino infusa faucibus eorum inferatur. Quod si prædictum uitium inhæserit, expedit decoquere laurũ, et cum calida & oleo & uino spinam dorsumq; animalis confricare contra pilum, ac per omnes partes apprehendere pellẽ, & uelut à costis separare. Quod aut in loco calidißimo faciendum est, aut sub diuo sole feruente. Aliquanti feces uini & axungiæ cõmiscent, eoq; medicamento tepido post fomentũ prædictum utuntur. Et cum grauis pernicies, ut cum pulmones exulcerantur, unde tußis & macies, ad ultimũ uero phtisis inuadit, quæ mortem afferant, radix consiliginis, succus porri, omniũ hemina per mensuram olei miscetur, & bibendi sunt cum uini sextario per dies plurimos. Nonnunquã & tumor palati ciborũ fastidium facit, crebrumq; suspirium. Prodest palatum ferro aperire ut profluat sanguis, cui eruum sine corio maceratum ad manducandum dabis, uiridemq; frondem uel quodlibet aliud molle pabulum dum sanetur. Si in operibus contuderit collum, præstantißimũ remedium est, sanguis ab aure emissus At si id totũ in tempore quæ uocatur † amati amaticum sale tantum & imposito. Si ceruix mota & deiecta est, considerabimus in quàm declinet, et ex diuersa parte sanguinẽ detrahimus, ex ea uena quæ in aure uidetur amplißima, quæ sarcocata prius uerberanda est, & cum intumuerit ferro aperiatur, effusoq; sanguine postero die ex eo loco emittitur cruor, et biduo uacatio operis datur. Tertio uero die leuis iniungitur labor, & paulatim ad operis consuetudinem reuocatur. Quod si ceruix in neutrã partem deiecta est, mediaq; intumuit, ex utraq; auricula sanguis emittitur. Qui si inter triduum q̃ bos uitium cœperit emißus non est, intumescit collũ, neruiq; tenduntur, & ita nata duricies iugum non patitur. Tali uitio comperimus aptum esse medicamentũ, ex pice liquida et bubula medulla, hircino sepo, et axungia ueteri, oleo quoq; ueteri æquis ponderibus impositum cõcoquitur,

quo

quo utendũ est cũ bos ab opere disiungitur. et in piscina in quolibet tumore ceruix lauatur, cõfricaturq; diligẽter prædicto medicamento, detersaq; diluitur. Si ex toto propter tumorẽ ceruicis iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est, et ceruix cũ aqua frigida lauãda, et spuma argẽti linienda est. Celsus quidẽ iumenti ceruici herbã quæ uocatur ama (ut supra dixi) cõtundi et imponi iubet. Quæ ceruicẽ infestãt minor est cura. Nã facile sanãtur per ardẽtẽ lucernã oleo instillato. Melius tamẽ est custodire ne nascãtur uenæ. Etiã colla caluescunt, quæ nõ aliter glabra fiunt nisi cũ sudore aut pluuia ceruix madefacta est in opere. Quod si acciderit, puluere latertio trito priusquã deiungatur, bouis colla cõspergi oportet. Et cũ exiccati fuerint, ex inde oleo iterũ infundi. Si talũ uel ungulã uomer læserit, picem durã et axungiam cũ sulphure et lana succida inuolutio, et candẽte ferro supra uulnus imponito, et ungito: quod remediũ optimũ facit, si clauũ calcauerit, aut acuta testa uel lapide ungula pertũditur: quæ tamẽ si altius uulnerata est, latius ferro circũciditur, ita inuritur ut supra præcepi. Deinde ex parte calceata per triduũ aceto suffuso curatur. Qđ si uomer intrauerit, lactuca marina, quam Græci cyniolã uocãt, admixto sale imponitur. Subtriti etiã pedes eluũtur calefacta bubulina urina. Deinde fauilla sarmentorũ feruẽte calcare cõpelluntur, et pice liqda cũ oleo uel axungia cornua eius ungũtur. Minus tamẽ claudicant si ab opere disiunctis frigida pedes lauentur, et suffragines coronæq; ac scissura ipsius ungulæ, ueteri axungia defricẽtur. Frequẽter etiã uel ab asperitate itineris, uel in proscindẽdo duritiã soli, aut obuijs radicibus obuolutatus cõuellit armos: Quod cũ acciderit, ex prioribus cruribus sanguis emittitur, si dextrã ex sinistro. Et si uehemẽtius utranq; uitiauerit, etiã in anterioribus cruribus uenæ soluũtur. Perfractis uero cornibus, linteola, sale, atq; aceto & oleo imbuta ponuntur, superligatisq; per triduũ eadem infunduntur. Quarta die tantum axungia cum pice arida & cortice pini pari pondere imponitur, & ad ultimum cum iam cicatricem producunt, subito infricatur. Solent autem neglecta ulcera uermes creare, quæ si mane ex aqua frigida perfundantur, rigore eius cõtracti decidũt; Vel si hæc ratio nihil profecerit, marrubium aut porrum conteritur, admixto sale imponitur, uel calcis uiuæ puluis inspergitur, aut cucurbitæ uiridis succus cũ aceto mittitur. Ideoq; uniuersis ulceribus picem liquidam, oleum uetus & axungiam oportet adhi-

beri, & extra uulnera etiam eodem medicamēto circumliniri, ne infestentur à muscis, uel uermes creent cū uulneribus inciderint. Serpentis quoq; ictus mortiferus est bobus, sed & minorum animalium noxium uirus. Nā uipera & celicia cum in pascuis bos improuide supercumbit, stimulo morsus imprimunt. Araneus quoq;, quem Græci migalem appellant, parui quidem corporis, non paruam solet inferre perniciem. Verum uiperæ uenenū depellit, supra tumorem, qui inflatur ex ictu, scarificatio ferro facta, ita ut herba quā personatiam uocant, imponatur trita cum sale. Creditur radix si contusa conatur, uel siler montanum reperiatur, & trifolium simoniamū, quod fragosis locis efficacißimū nascitur, odoris grauis, bituminis similis, propter qđ à Græcis asphalton appellatur, nostri autem propter figuram acutum trifolium uocant, nam longis & hirsutis folijs uiret, caulemq; robustiorem facit quā pratense: huius herbæ succus cum uino faucibus infundatur, atq; ipsa folia cū sale trita imponantur in plagam. Quod si uiridem minime reperiunt, semina eius collecta & trita dantur ad potādum cum uino. Radices quoq; eius cū succo caulis tritæ, addita hordeacea farina & sale, cū aqua mulsa scarificationi superponuntur. Est etiam præsens remedium si fraxini cacumina tenera conterās cum sextarijs uini quatuor uel olei, expressumq; succum faucibus infundas. Itemq; cacumina eiusdem arboris cum sale trita læsis naribus superponas. Celiciæ enim morsus tumorem, suppuratumq; generat. Idemq; facit muris aranei. Sed celiciæ morsus sanatur, si acu ærea locum læsum compungas, et creta cimolea ex aceto oblinis: Muris uero pernicies, si animal ipsum oleo mersum neces, & plagam dentiū ex eodē confrices. Quod si nō fuerit, contritum ciminum cū picula & axunga, ut similitudinē malagmæ habeat, impositū plagæ, perniciem submouet. Quod si antequā tumor discutiatur suppuratio fuerit generata, optimū est ignea lamina uel cauterio collectionē aperire, quicquid uitiosum est inurere, atq; ita cū liquida pice & oleo inlinere. Quidā uiuum murem araneū creta figulari circundant, & colla boum suspendunt, morsusq; ipsius bestiæ submouent. Oculorum uitia plurima in illis sanantur. Nam siue intumuerunt aqua mulsa triticea farina cōspergitur & imponitur, siue album in oculo est salis fosilis Hispani uel armeniaci, uel cū melle pcmixti uitiū extenuant. Idem præstat tritæ sepiæ testa, & per fistulam oculo ter in die insufflata. Prodest etiam radix, quā Græci silpion uocant, nostri

autem

autem laserpitium, huiusmodi quantum uolueris ponderis cũ decima parte salis armeniaci & cũ fistula oculo insufflas. Quæ radix tunsa et cũ oleo lentisci mixta uitiũ expurgat. Si genæ humorẽ profundũt, lachrymisq; uisus cõfunditur (quam epiphorã uocant) polenta ex hordeo mulsæ aquæ cõspersa super genas superciliaq; imposita reprimit humorẽ. Pastinaca quoq; agrestis, quã armoneaceã uocant, cũ melle trita oculorũ sedat dolorẽ. Memineris uero quoties mel aliósue succos remedio adhibes, ut prius pice liquida cum oleo circũlinias oculos, ne à muscis apibúsue uel uespis infestẽtur, quas dulcedo mellis inuitat. Plurimũq; hirudo, id est, sanguisuga, cũ foris iuxta fauces hæret, sanguinẽ trahit, eam à iumento digitis oportet auferri: sed si interius sit, ut manu detrahi nõ possit, cannã uel fistulã perforatã inserito faucibus, ac per eam calidũ oleũ infundes. Nam eo cõtactu bestiolæ inportunitas recedit. Odor quoq; cimini super carbones impositi ubi sanguisugam afflauerit, euellet à uulnere. Quod si stomachũ uel intestinũ tenuerit, calido aceto p cornu infuso necatur. Machina quoq; describẽda est fabrica, qua cõclusa cuiusuis generis iumẽta bouesq; curãtur, ut et tutus ad pecudẽ medendũ accessus sit, nec luctando quadrupes aut mẽbra cõuxet, ac sic remedia dispuet. Roboreas asses cõstringis, soliũ, quod in longitudine nouẽ pedes debet habere, in altitudinẽ pars posterior duos simipedẽ: Pars uero quæ ad priora animaliũ pertinet quatuor pedes: texũtur ita ut uelũ in caudã ductũ non possit exire. Sed à parte posteriori paululũ latiorẽ, à priore strictiorẽ machinã cõpingi oportet. Cui trãsuersum trigillũ ad modũ iugi confirmandũ est, ad qđ equorũ capita uel boum cornua religãtur. Nam reliquũ corpus ad temones soc os uel funibus alligetur, ut iuuamentũ præstetur ad medentis arbitrium. Quæ machina ad omnium maiorũ animaliũ medelã solet esse cõmunis.

Ab initio huius tertij libri usq; huc, nõ habentur in uetustiore codice, et totũ censetur una rubrica (ut ait) quatuor capitum: & propterea subsequens reputabitur caput secundum.

Si uermes animal fecerit. Caput .II.

Si uulnus in dorso, aut quacũq; parte corporis cœperit habere uermes, ut timeturne putredo uulneris transeat in cancrum, nepitã & cedræas

 siue cimi

siue ciminū uel cicutā cōteres ex aceto, & imponis. Calcē quoq; uiuā ex acerrimo temperatā necare uermes experimenta docuerunt. Si uermiculus dorso putredinem fecerit, utilissimum est cauterizare subtiliter, postea uiscū cū melle & uino cōterere & imponere. Pannos quoq; minutos cū oleo & aceto uulnera purgare manifestum est. Quo facto si necessitas fuerit, ustio rursus adhibetur. Ad ultimum cornu caprinum combustum & contritū ualet, ulceribus superinspergitur, ut recuperetur & sanitas ei detur.

†mercurius

De cura lumborum. Caput .III.

Lumborum quoque cura uicina est. Nam animalia aut cum nimio pondere, aut cum transcēdere fossam conatur, si posteriores resederint pedes, aut nimio frigoris dolore renū cōtrahūtur. Ideoq; aqua calida cū flore fœni diutissime confouendi sunt lumbi. Inunctionibus etiā calidissimis perfricādi, et ad ultimū afro nitro diluti, inducto caustico corroborandi. Quod si dolor uehementior fuerit, de inguibus soluendæ sunt uenæ, & oleum cum axungia sanguini qui profluit immixta, renibus inlinuntur. Et si necessitas fuerit, catapla'mis utendum est. Porro quoque renibus subuenit, si pillulas cypressi incidis duodecim supra carbones, nitri quoq; uncias tres assi, et utraq; in puluerem redigas, cum uncijs tribus mellis, & uini ueteris sextarijs tribus, & olei boni tribus uncijs, quod per quatriduum æqua parte faucibus digeras. Vitio lumborum medetur hemina seminis brassicæ cum sextario polentæ attusa ex aqua frigida subacta atque imposita dolentibus locis. Sisembrium quoque cum polentæ sextario & aqua subactum medetur. Efficacius tamen est si cypressi folia ad modum heminæ diligentissime contundas et polentæ sextarium admisceas, acriq; aceto subactis dolenti imponas. Præterea resinæ duræ uncias sex decoquas ut liquefacat, cui feruēti superaspergis hordeaceam farinā quàm diu inspissetur ad similitudinem pulmenti, & diu subactis, & calidum ita ut manus pati possit, superillinus renibus. Quod si frequenter renouaueris, & dolori subuenit & tumori. Si uero tanta indignatio fuerit, ut eiusmodi non sentiat curas, aut cauterio cuprino locis opportunis urendo deprimes puncta ne deformetur animal, †aut si uilius est, aut necessitati aptum, quos decori gratia lares, sicut moris est, uteris.

Quibus signis renū dolor indicetur. Ca. IIII.

Renum autem dolor his agnoscitur signis: Posteriores ungulas trahit, lum

bit, lumbi uacillabunt, cauda deiecta erit, & foetulēter mingit, ilia dura atq; contracta. Interdum tales sunt renes, ut sanguinem mingant, et si nimiū effuderit incurabilis est passio. Si parū cruoris abundauerit, scito posse curari. Cui post detractum sanguinem uel de matrice, uel de femoribus, hanc potionem dabis, uidelicet porri sectiui succum ex aqua.

De internis musculis. Caput .V.

SAepe musculi, qui in renibus sunt, uexantur ex casu, & exteriores facilius curantur, si iustæ medelæ afferunt tarditatem. Optimū est quoties ceciderit iumentū loco nō moueri, & aqua frigida perfundi, & postmodum unguentis uti. Quæ passio ista cōsueuit ferre indicia: renes obdurescūt, cōtrahuntur testes, coxāq; trahit, & colligere se nō poterit. Quæ ualitudo nascitur ex itineris longi fatigatione, aut ab infractu cliuosarum uiarū. Incitatio quoq; cursus, & saltus extensio hanc adferunt causam. Sanguinem igitur ex uisceribus oportet emitti, pro ut qualitas corpis patietur. Vtendū est potionibus etiā ad ualitudinem necessarijs, molli dormitione animal collocandum.

Si talus exeat animali. Caput .VI.

EX perfrictione nōnunquā aīalibus exit foras talus, qui hac ratione curatur: Scalpello scarifi abis, præcipue loca quæ uidentur eminētiora, similiāque uesiculis, scarificatio digitis exprimitur et decarnatur, puluere salis perfricatur, donec cum sanguine actus humor exiccetur. Post calida & sale fouebis, & deprimendo intus remittis, & continuo reuertetur ad locum unde exierat. Altera intus digitis nusis inlita lypparia uel melliloto, donec sanetur. Quod uitium si ferro tangere dubitas, hoc medicamento curabis quotidie: Castorei uncias tres, salis triti pondera duo, salis armeniaci lib. unā, sinapis pontici uncias 6. omnia tunsa et cribrata pariter decoques, impones talo, & alligabis quotidie, aut lixiuio calido fouebis, et medela cōtinua usq; ad sanitatem. Potionibus aūt thermanticis calefiet ægrotū. Alij in hac passione cū axungia ad manus talos fulciri & reponi oportere dixerūt, postea spongia apponi caudam supra alligando. Si tamen diebus aliquot fuerit cura neglecta, prius foueri ad sex ex lixiuio, uel sale & urina calenti, & sic reliqua curationibus impleri.

De dolore

De dolore renum. Caput .VII.

Dolor renum animalibus sæpe contingit, his proditur signis: nec incedere poterit, nec cubare, ilia eius inflantur et obdurescunt. quorum ista curatio est. Sanguis de utrisq; femoribus emittitur, postea lotiũ uetus & putridũ in uase supponitur, & lapides molares feruẽtes mittũtur, animal sagis diligentißime usq; ad ungulas operiatur, ut uapore lotij uenæ testium sudent, post aqua calida confoueantur, nitrum & alumen scissum pariter conteres diligenter, & admixto oleo testes perunges fricando. Si molares huiusmodi rei proditur † malentis heminã unã decoquis, admixto uino mortario teres, cipreßi folia ℈ 4. mollißime pariter trita commiscis, tantundẽ etiã suillæ adipis adiunges, uinumq; uetus desuper sparges, panno illinitũ testibus apponas, donec sanitas procuretur. Si tardius dabitur sanitas, testes subterstillatis cauterijs urito, uel leuiter scarificato.

De tumore testium. Caput .VIII.

Hordeum cõburito, puluceresq; ex eo trito suillæ adipi misceto, ex quo medicamento mane et uespere testes illinito. Physicum aũt creditur, testes animalium ablutos canino felle sanari. Alij authores aqua calida testes cum dolent fouendos esse duxerunt, suffumigandos etiam uiridibus folijs, cypreßiq; arboris specialiter mederi testibus creditur. Sed si defuerit testes ardentes nihilominus in aqua calida mitti, & inde suffumigari, post cretas cimolias cũ stercore bubulino ex aceto acerrimo calentes induci, & quotidie reuocari, quousq; sanitas subsequatur.

Si natura reuocari non poßit. Caput .IX.

SI natura iumento excedit, & reuocari non poßit, in aqua frigidißima consuuendum est, & ibi fouendum, & sublatam manum in anum eius mijcies, & contra uesicam fricabis, post diligenter cooperies ne perfrigescat. Potiones dabis, stercus suillum quotidie ex uino, aut in aqua dulci, donec liberetur.

Si iumentum sanguinem minxerit. Ca. X.

SI iumentum sanguinem minxerit, uel adsellatum fuerit, hac ratione curabitur; De superiori uena sanguis auferatur, aphodilli quoq; herbæ radix teritur

dix teritur, & cum uini albi dulcis duabus cotylis per os infunditur, quæ glutinosa uideatur. Prodest etiam farinam triticeam cum adipe suilla et puluere corticis mali granati decoquere, & non crassas potiones, sed liquidas per os fundere, et non solum à cursibus, sed etiam ab ambulatione abstinendum est, ut glutinetur uena quæ interrupta est. Contingit enim cursu uel saltu, ut intrinsecæ uenæ rumpãtur, quapropter rebus stipticis, & his quæ cõsolidatione faciunt curentur. Super renes hoc anacollima oportet imponi; bulbos tascedeas uiuas contusas, allia quinque, anagallici libram, quæ omnia pariter bene trita commiscis, et renibus eius imponis. Quod prodest etiam illis, quibus aut lisi uel emoti sunt renes. His autem quibus per nares effluit sanguis, puls frigidissima caput eius souebis, modicum salis adijcies, post anacollima in capite & in temporibus oblinis, & in medicamento constrictis uenis fluxum sanguinis reprimis.

De dysenteria. Caput .XI

Si dysenteria iumentum apprehenderit, reuersatur eius extalis, quæ ut curetur circunsecanda est cautißime, ne intestinũ, quod præpositũ est extali, frangatur† Procidit intestinũ à cõtactu, uitæ periculũ facit si tangatur: quod semel nõ redit, & sic remanebit, & paululũ exit extalis supra.

Si otiosum animal sanguinem mingat. Cap. XII.

Animalibus otiosis & pigris contingit expletura sanguinem mingere, cum hoc quod abundat, erumpendi per urinã inuenit uiam: attenuati & exhausti animalis interdũ est in terra sanguinea. Quod accidit, aut ex nimio ascensu, aut labore ponderis, aut nimietate cursus sodalis. Qui ex delitijs aut abundantia contraxerit paßiões, de matrice auferunt sanguinem: attenuatis uenas laxare cõtrarium. Vtrisq; tamen salutaris est potio. Si lac caprinũ cum à matricibus obolis, & uitiolaris herbæ succo pastillos facias, ex quibus unum per os frequẽter infundas. Certißima quoq; ad ipsorũ salutem potio prædicatur, si draganti unciam semis, mespili ꝯ.sterasis ꝯ .ites, nucleos pini. hos purgatos ducentos decẽ infundis in uino optimo, ac diutißime, post ad magnitudinem nucis auellanæ cum apibus attrito. et uini sextario resolutos dabis ad cornu, & faucibus diges per dies continuos septem, quod etiã omnibus prodest cum fabæ magnitudine cum ouo dedisse.

Si animal sanguinem uomat. Caput .XIII.

SI uero sanguinem uomat, oportet genestæ succum cum uino atq; porri succo lixiuio oleoq; permixto faucibus infundere. Aliquando animalia sanguinē uomūt, quibus hac potiōe succuritur: absynthiū pōticū et spicā nardi æquis pōderibus in cacabo nouo cū aqua decoques, & dabis in potu.

Si percussa uena claudi non possit. Cap. XIIII.

SI sanguis interdum nimis per uenam cum percussa fuerit ut claudi nō possit erūpat, remediū est, stercus ipsius animalis supponere fluentibus uenis; Aut si perseuerauerit, urere cauterio subtiliter ne nerui lædātur. floccum etiam competenti oleo tinctum uenæ admoueto: etiam assem lineum in uena qua sanguis profluit, ponis, & ligas, præsens est remedium.

De indignatione uesicæ. Caput .XV.

VEsicæ indignatio generatur ex plurimis causis. Quapropter urinæ difficultatē, immo præsens discrimē inportat. De qua ualitudine diligēter tractari cōuenit, ut paßioni competens medela succurrat: quæ his agnoscitur signis, mingere nō poterit, omnia crura flectētur, dimittitur uenter ad terram Et si difficulter mingit dysuria appellatur. Sed quando guttas per uretrū mittit cū labore, strāguria dicitur. Quū in totū non potest mingere dysuria appellatur, & uicinus est morti. Propter quod extēsiones & tubercula nascūtur in dorso, & præfocatio circa fauces ex dolore uentris. Cui hac ratione succurris: de pectore uenas pungis, & sanguinē quantum uidebitur detrahis, & sic accipitur lauamentū. Præterea manū tepidam cū oleo in anū mittis, et si qua stercora iueneris intus, quia inpedimentū præstant, attrahis. Post cū libra olei, salis triti plenū acetabulū misces, & calefactum inijcies in anū, iumēto in locis pronis posito, ut facilius ad interiora descendat, dulcedo enim sequitur ac solutio uētris, & dolor mitigatur Quæ remedia si tarde subuenerint, manus & brachia perungito, & cū magno sensu atq; cautela manus inijcito, et in partē dextrā et in partē sinistrā, et sic manū plenā leuiter præmito, ut incipias in hac procedere, & sic liberabitur. Valde spinæ est cōtrariū Exhis causis paßio ita descēdit, si iumentū in ope aut cursu magna pte duci cogatur, et urinæ facili spaciū denegatur, et à uesicæ meatu usq; ad

usq; ad ueretrũ nascitur tumor, & cũ dolore egestionis foramẽ angustatur. E diuerso, si iumentũ exerceri solitũ, diebus plurimis steterit, indigestione nascuntur spurcitiæ, & humores efferũtur usq; ad uesicã, cõpunctiones etiã et morsus urinali fistulæ præstant, ex quo stranguria plerũq; cõtingit. Ex perfrictione & indignatione dysuria solet uenire, cum nimio rigore meatus intumuerit. Et ideo calefactionibus diuersis à frigore soluenda est iniuria celeriter. Interdum & indigestione hordei, & cum aquam frigidã auidißime biberint, dolores uentris animalia patiũtur, & propter uicinitatẽ commota uesica stranguriam sustinent. Aliquando & stercus pullinũ, & alia noxia in cibo sumpta, cum inflationem fecerint, impediunt minctionem. Bestiolæ etiam quæ appellãtur uulpestres, araniæ similes, cum deuoratæ fuerint animal præfocant. Aqua quoq; cœno uel limo turbida si bibatur, meatus impedit minctionis. Vermes quoq; uel lumbrici in intestinis cum ex ulcere uenerũt, uesicas lædunt, & dupliciter animalibus discrimen important. Quod his depræhenditur signis: animal quod tardius mingit latera sibi scalpit uel terrã mordet, scias eum uermibus uel lũbricis extorqueri. Cui hac ratione succurris: braßicæ folia subtilißime cõtundis & cõmiscis boni uini cotylas quatuor, et per sinistrã narem infundis: laser quoq; syriacũ & nitri puluerem cum uino decoquis et per os digeris, Inambulationibus et leni cursu exercebis in loco molli uel herbido, uel ad aquam leuiter abeuntẽ ad urinam inuitabis. Si ubi aliquod aliud animal minxerit, teneatur, facilius prouocatur. Quæ præmittuntur ut ueniatur ad curas: aqua enim calida diutißime lumbi fouebuntur & renes, tunc hauenam agrestem ex uino dulcißimo duabus cotylis decoquis, & per sinistram narem infundis colatos humores; ficus præterea optimas decoques in aquæ cotylis quatuor, mixtoq; nitri puluere similiter diffũdes. Alliũ quoq; cum uino decoctũ, & per sinistrã narem infusum producit urinas. Memineris statim cum in paßionẽ ceciderit, hordeũ eis subtrahendũ penitus & potus, herbas uirides uel farragines ad sustentandum dandas. Sarmatarũ autem æquitatus ueteres plurimũ ualuerunt, usus inuenit, ut animalia à collo usq; ad pedes inuoluantur de sagis, suppositisq; carbonibus uiuis, addito castoreo, suffumigentur, ut totum uentrem testiculosq; eorum castorei fumus euaporet, & confestim detractis carbonibus cooperti deambulant, & mingunt. Allumen salsum, & sale fricato admixtoque oleo,

& melle collyrium longum & tenue facito, & in ueretri ipsius foramine inserito, continuo prouocabitur. In ano panacis quantum digiti minoris extremitas est, dabis. Alij cepas acerrimas & leuiter contusas tres aut quinq; ponunt in anũ, & sic deambulare faciunt. Ad urinas inuentus est qui affirmat & ungulam equi ipsius radi & teri cum uini sextario, & per nares infundi ad celerem mixionem. Si non tali ratione prodesset, betas & maluas decoques, & aquam earum calentem cum melle ad unũ sextariũ naribus infundes. Si tempus uirides denegat cibos, fœnum mellicrato aspersum præbebis; uel succum ptisanæ hordeaceæ cum mellicrato similiter dabis. Aliquanti rosmarinos decoquunt, & ex ea calida fouent. Alij cimices tritos in nares animalis mittunt, & aliam super naturam qua mingunt cõfricant. certissimum dicitur. Porros decoques, & succum eorum exprimes ad sextarium i. et cũ uini ueteris et hemina olei acetabulũ permisces, & per narem dextrã dabis, deambulãdo ducis. Vulgare et uerũ est remediũ, lutũ de uia ex lotio cuiuscũq; equi factum, uinoq; permixtum & colatum naribus infundas. Apij radices aut mellicrato decoctas præbebis, puluereḿq; thuris ouiuḿq; crudũ cum uino dulci permixta & calefacta supra renes & ilia inungens confouebis. Ex melle quoq; decocto & sale collyria longa & tenuia foramini immittuntur quo emanat urina. Musca uiua & loco ipsi immittitur, uel mica thuris apponitur, & de bitumine collo inseritur, ut prouocetur urina.

De fluxu uentris. Caput .XVI.

QVibus modis strictus uenter solui debet sæpe prædictum est, Nunc exponendum est quemadmodũ, si solutus, postea restringitur. Etenim hoc animalibus periculosum nimis est, nisi uelox medicina subuenerit, cuius necessitas de experimẽto principali tenendũ est. † Clistere unciam ex uino austero dabis, caryotas tundis & gallas syriacas, & exinde datur potio salutaris. Talis quoq; subuenit cõpositio: ceræ uncias 2 lardi librã unã, piperis unciã semis, piculæ semiunciã diligẽtissime tundes, cassiæ unciã semis trita pariter conspergis, offas facies, solito more intinges in cera cũ remissa est. Sic quoq; digeres stercoris ouis libram, & in aceti et mulsæ sextario per cornu dabis, herba rubea restringes, si dederis in uino spongiam. Offam intinges in pice liquida, post cõbures, farinãq; eius cum uino austero

defundes,

defundes, farinæ triticeæ heminas quatuor pariter cõmisces & digeres. Nitrum quoq; , si potest fieri, uirgineum diligentißime tritum & in puluerem redactum, cum aceti semiuncia diligentißime tritum dabis heminam. Puluis ex pumice datus cum uino in potu, mox medetur.

De uerrucis. Caput .XVII.

ALijs quoq; partibus corporis nascuntur aliquando uerrucæ, & uitium difformitatis important, hac ratione curandæ: lino subtili constringentur ipse uerrucæ, in causticum crudum imponitur & sponte decidunt. ferro etiã præciduntur, & de cauterio leuiter adusta sanantur.

De uitijs coxarum. Caput .XVIII.

MIsera fit coxa, cui de uenis femoris sanguis emittitur, & in uase diligenter excipitur, admiscetur etiam puluis sulphuris, nitri, baccarũ lauri, simul tritis, & contra pilos diutißime perfricatur, & per triduum sic permanere permittitur. Aqua etiã, in qua uerbenæ coctæ sunt tepida (datur indie) fomẽtabis: pedes quos sanos habet glante ferreo, uel si defuerit, spartea calceabis, cui lemniscos subijcis, et addita fasciola diligentissime colligabis, & suppositiciam facies parti illi quæ misera est, ut planas ungulas poßit ponere, incrisma etiam perunges in sole non minus quam hora, contra incisuras quatuor foraminibus cautere pertunde, & pannos uel lemniscos ex aceto sub cute per foramina traice per triduum, post traumatico illinitos pãnos diebus nouem per eadem foramina traicies, uel calida uerbenatia utaris, et sicle niscos subijcias. Vndecim† quoq; lemniscos inducis et increttas locũ ut cutis ad pulpas adhæreat. Cũ cicatrices se clauserint, causticũ imponunt. Hac ratione emota uel læsa coxa sanabitur. Vel si coxa se læserit, uel à Mulomedicis dicitur filius læsisse, certior & facilior curatio inuenta docetur, & probata. Nã dudũ claudũ aĩal in sole ponũt, uino & oleo calefacto calefaciũt ipsum, hoc est, iuncturas coxæ diutißime confricant, donec sudẽt. Tunc animal capistro trahunt, & sensim currũt, alius lorũ uel funes tenet, lassus sequitur, & subito dum animal currit, recta ad se coxas ipse cum impetu trahit, si fonuerit, scias loco suo redisse, paululumq; cessabis, post sensim deambulando tentabis. Si ad locum suum redierit, retractos pedes ponit, & minus claudicat. Vlterius animal non conuexabis, sed per triduum fomentabis

tabis calida uerbenatia, post causticum induces. Quod si prima die iunctura componi non potest, secunda die simili ratione coxas sæpius trahis, donec reuertatur ad locum. Quicquid autem uexatum uel remotum fuerit uel ictu rotæ, aut quocunq; alio casu, in prioribus uel posterioribus partibus, uel articulis, uel genibus, hoc anacollima constringit & consolidat. Bulbos rufos triginta, cochleas uiuas trignta, anagallici libram I. plantagnis uiridis manū plenam diligentissime contundis & misces, additis tribus ouis, cū stuppa imponis, & colligis. laxata constringet, & tumefacta sedabit.

De laccis gambarum. Caput .XIX.

SI iumento laccæ enatæ fuerint in gambis, his agnoscitur signis: Dextra ac sinistra ad similitudinē uesicæ inflabitur cutis. Curādū est aūt hac rōne qua flegma in genibus diximus oportere curari. Est & alia medicina. Lentes quæ supra aquā natāt colligis atq; cōtundis, additaq; ueteri axungia colligabis. Vitiū exiccare prohibetur. Si gamba uel armus aliquo loco ex ictu aliquo tumere cœperit, cretā cimoliā & lubricā ex aceto acerrimo misce bis & oblinis.

De gamboso. Caput .XX.

SI gambosum factum fuerit aīal, & recens passo est, de tibia sanguinem emittito, lanā succidā circūligato. Caue ne fomentis aut cauterio tangas, utrūq; enim in tali curatione contrariū est. Malagma cruda uteris, tertio die semper soluis & curas. Cū uideris aīal profecisse, causticū inducis. Si quod tumentū coxā fregerit, aut supragambā, scias nō posse curari. qa partes istæ ligaturas tenere non possunt.

De his quæ læduntur à rotis. Caput .XXI.

SI iumentum aut rotæ, aut axis ictu fuerit elisum, in recenti lanam succidam ex aceto & oleo colligabis per triduū, post ficus duplices & nitrum pariter tritū imponito, die tertio soluito ac renouato. Si nihil profecerit, malagma tetrapharmaci imponito per triduū. Si & ipsa tardauerit, imponito malagmā quæ dicitur meliacinus, usq; dum sanetur.

De Syrmatico.i. quod coxā subito trahit. Ca. XXII.

s Yrmaticū iumentū his agnoscitur signis: Prodiēs de equili, uel de loco ubi steterit, coxā trahit, & trāsuersum ungulā inflexis coronis terræ

superim

superimponẽs ostendit, & syrmaticũ, et ragadorũ paleis quæ trahũtur, dicitur. Sed quãuis alienata horũ, uel emota coxa uideatur, si super (tempauer pedes cessis) compellãtur, continuo emẽdabitur gressus, & sine claudicatiõe rectus incedet. Ex hac aũt ratione contingit, si cõmissurã uertibuli ex corruptione corporis, uel perfrictiõne natus humor intrauerit, tunc se defundit ad neruos, & eos reddit immobiles, & uelut alienatos. quæ hac ratiõe curãtur: Sãguis et de subgamba detrahitur copiosus, in quo admisces sal, sulphur, marinas cochleas, mannã thuris, fęclam, nitrũ, baccas lauri, æquis põderibus, cõtusa oĩa atq; cribrata, uino quoq; ueteri et oleo miscebis cũ sanguine ipsius: q̃ unctiõe præpata, post inflatiõne illinis. coxas calida in qua uerbenæ decoctæ sunt, interposito triduo, diutissime cõfouebis, post unctiõne renouabis. Si ex hac re plenã nõ recepit sanitatẽ, uulnus uris cauterio in ipso uertibulo. Similiter scyaticis fieri consueuit. Quæcunq; aũt de ozœnis, cæterisq; uitijs articulorũ, uel de ungulis priorũ pedũ nunc dicta sunt, scias etiã in posterioribus debere seruari.

De morbo alienato, ex quo infecta animalia moriũt. C. 23

Alienatum morbum authores uocauerunt, quoties hæc signa procedũt: Patentes oculos animal habet, nec sentit hoĩs aduentũ, q̃bus et labra, & ipsa orificia intumescunt quasi ab aliqua bestiola cõtacta. Quẽ morbũ alij authores orabum nũcupauerũt. Est aũt nequissima passio. Primo q, pestifero transitu contagionẽ spargit in plurimos. Deinde q, impietos decipit specie sanitatis Nã refecta et bene curata animalia ex hac passiõe subito inflata moriũtur. Alienatus aũt uocatur q, aialibus eripit sensus, Malleus, qđ pestilẽtiæ internociuũ contagiũ facit. Plerũq; autẽ uiscera interius uermibus cõsumit Quorum morsu perfuso aqualiculo aialia suffocata subito moriũtur. Sed si uelocior medicina succurrat hac ratiõe saluãtur: de ceruice sanguinẽ detrahis, potionẽ cõponis huiusmodi: Gallici lib unã, hysopi librã 1. abrotani librã semis, aristologiæ rotũdæ lib semis, mãnæ succari uncias 3. trixaginis uncias 3. Quæ omia cõtundito et cernito, ex aqua mulsa copiose decoques. et aĩal diebus pluris potionabis ægrotũ. sed q̃a plerũq; huius ægritudinis pestilẽtia trãsit in pximos, totũ gregẽ si inciderit, ut aut singulas hominas singulis digeras potionare te cõuenit. frequẽtissimis etiã suffumigationibus, stagnare pter & curare, sicut in malleo superius constat expositum.

Quibus usqueadeo mutanda sunt pascua, ut si fieri potest, in alias trāsmittenda sint regiones. Nam quæ transeūt in † lanis & in ipso anhelitu inficiunt uniuersa. Velocius autem curabuntur, si separata fuerint atq; translata. ali† labore

De roborosis. Caput .XXIIII.

R*Oborosa paßio dicitur, quæ animal rigidum facit ad similitudinem ligni, cuius hæc sunt signa: Totum corpus astrictum, extensæ sunt nares, & aures frigidæ, immobilis ceruix, os constrictum, caput extensum, colligati armi uel crura, pedes etiam constricti ut nulla cōmissura flectatur, cuius caput si erigere uolueris, non poteris, oculi præcludūtur, spina præ rigida, & ideo difficile erigit caudam, ut eam flectere & mouere non poßit, dura ilia, astricti sunt renes, cubare penitus non potest. Cōtingit autem hæc paßio ex nimia perfrictione uel spasmo neruorum, uel tremore, unde contetanici dicti sunt. Plærunq; in hanc ualetudinem incidunt, qui cum ab igne castrati fuerint negliguntur, & inambulantes frigore læduntur. Quorum nerui recenti dolore & frigore compelluntur, & spasmum patiuntur, & obdurescunt in robur. Eduerso etiam altius quàm expedit in pedibus usta iumēta, uel quocunq; alio loco contactis neruis patiuntur spasmum, & robur incurrunt. Ex nimia quoq; pruina, uel si in nimio frigore sudabunt, uel è calidis stabulis producātur in frigus, fieri adsolent roborosi. Sed si à posteriore parte fuerint comprehensi, ut morbus desinat in lumbos, opistotoni fiunt, calefactionibus tamen, unguentisq; curantur. Si quod uero robur à priori parte comprehenderit, ita ut os aperire non poßit, desperanda sunt. quia constrictis dentibus, fame perire coguntur. Quæ autem ex toto corpore æqualiter periclitantur, ita ut ex aliqua parte os ualeant aperire, tam diu unctionibus calidißimis perfricanda sunt, donec sudent, coopertaq; sagis copiosißime, loco calido statuuntur, ignisq; iuxta ea fieri consueuit sine fumo ut amplius sudēt. Surculos quoq; laureos ualidiores in os eorum inter malas mittito, ut rodendo eos exagitent maxillas & calefiant. Fabas quoq; solidas cum baccis lauri mixtas ieiuno dabis. Aquam quoq; calidam offeres ad potandum. Ventrē ipsis cum mulsa calida, admixto castoreo, clystere purgabis: oleum quoq; optimum cū succo ptisanæ mixtum per narem sinistram defundis. hordeū emolitum cum furfuribus admixtum dabis ad substantiam, donec sanetur. Ali-*

quanti

quanti dixerunt oportere eos aere candenti, in arena fluuiali uel martima colligatos obrui, ita ut caput eorum extet & nares, & tam diu deteneri donec sudet. Sed ex suprascripta cura sæpe plures constat esse sanatos. Quod si ex hac re non profecerint, ures eius ceruicem dextera sinistraq; decusatim, saccellationem ex furfuribus supra totum tergum calidum imponis per triduum, & hac unctione quotidie uteris in sole si caluerit, uel in calidissimo loco; Ceræ libram, affronitri libram, resinæ terbẽtinæ selibrã, galbani librã, castorei selibram, opopanacis libram, piperis unciã, medullæ ceruinæ uncias duas, olei ueteris uncias duas, & semis, uini ueteris optimi quantum opus fuerit admisces & uteris. Præsens tamen experimento remedium est, si picem liquidam cum oleo & uino ueteri decoquis, calẽtiq; medicamine iumentum perungis. Ex qua unctione & auriculas cum oleo tepefacto oportet infundi, ut sanitas matura proueniat. Sed ut uenæ eorũ calefiant intrinsecus, & conceptum frigus exudet, necessaria potio est, quæ roborosos, tetanicos, & opisthotonos salubriter curat, dabi † seminis uncias 2. cimini alexãdrini uncias duas, agallici, castorei, abrotani uncias singulas, trixaginis uncias duas, mannæ croci unciã unam, succari unciam, hyssopi unciam unã, piperis albi semiunciam, quæ omnia diligenter tunsa atq; cribrata redigantur in puluerem, ex quo bina cochlearia lassis & periculose se habentibus cum succo ptisanæ tepidæ propinãtur: forcioribus uero cum uini ueteris calida hemina defundũtur in os, nunquã tamẽ sine oleo propter leniendã potionis austeritatem, & cannalem faucium mitigandum. Alij auctores eiusmodi passionem hac dicunt ratione curandam: De temporibus sanguinem detrahes, excipiesq; diligenter, iniecto nitri puluere, sale, atq; castoreo, animalia perfricari, & loco calido statui oportere, atq; hanc offerri potionem: lac caprinum, rutam, baccas lauri, piper album, oleum, et fabas solutas: hordeũq; etiam datur ut agitet edẽdo maxillas, die tertio de cauda sanguinem tollunt, & renes calidis unctionibus fouent. Interdum etiam in balnea intromittunt animalia, ut diligentius conualescant. Dant etiam quotidie potiones fustes quoq; uel de salice, uel de robore in os mittunt, ne maxillarũ usus indormiat. Si melius habere cœperit, post duodecim dies coopertũ exercebis ut sudet. Si ista non ualuerint, uteris superius declaratis. Plæriq; asseuerant, ficulneas frondes roborosis oportere præberi, quæ naturaliter calent. Potionem

† d's dauci

quoq; per os danda: opopanacis uncias 2. storacis uncias 3 gētianæ uncias 3. mannæ succari uncias 3. myrrhæ scrupulū 1. piperis lōgi scrupulos 2. cum uino ueteri tepido, atq; ad cornu digerere. Hac etiā uncti.one ad curandū robur uel expellēdum frigus utuntur; Ceræ librā, resinæ terbentinæ uncias 8. opopanacis uncias duas, medullæ ceruinæ uncias duas, storacis uncias quatuor, baccarum lauri selibram, olei pini prout opus fuerit; quæ omnia in unum adiecta in aqua decoquunt, & perfricantes inungunt.

De hydropicis. Caput .XXV.

HYdrops nō leuius animalia quā homines frequēter infestat. In talibus namq; uitijs cū digestio ciborū plena non prouenit, humor noxius perniciē corporis, tumoreq; cōsueuit inferre. Quā ualitudinē hac signa demonstrāt: Turget uenter & crura, testiculi, scapulæ, latera et tergus inflatur usq; eo, ut nec ī capite eius appareāt uenæ. Cui cū sublinguā tetigeris subtussiet. Hunc ambulationibus breuibus opertū grauiorbus sagis donec sudet exercebis in sole, et aduersum pilos per totū corpus postmodū cōfricabis. Cibū daturus radices cū folijs suis, quia & purgationē faciunt & uitio medentur; fœnūq; cōspersum aqua nitroq; præbebis, die ac nocte maceratos lupinos in aqua, rursumq; siccatos, præbebis in cibo Radicē quoq; cucumeris syluatici uel folia, quæ uentrē moueant, eidē dabis ut purges. Quæ curatio si tardauerit sanitatem, euocandus est humor. Quatuor itaq; digitis ab umbilico ad ueretrū uersus sagitta pungis, & periconiū ipsum pungas, sed caue ne intestina tangas, et an malia perimas, subijcis fistulā centimalē et patieris humorē currere quantū æstimaueris necessariū, quē in uase excipies. Cum fistulam abstuleris duo uel tria grana salis in plagā inferis, ne claudatur. insuper & pastillos imponis. Alia uel tertia die apostēsim quasi facturus, denuo fistulā appones, humorē ejciens, donec partes totas exiccet. tunc idiuiu curādū solēniter, potiōesq; catharticas po. dabis frequētr. Interdiu usq; dū sudet exercebis. Quāto fortius esse cœpit, tāto diligētius est curādū, et semper abstinendū à potu, ut tepidū et modicū ad sussicationē bibat tantū.

De sarcostis. Caput .XXVI.

SArcostis quoq; talis est passio: Iumentū cū biberit inflatur & sufflat. hac eum ratione curabis: cineris uel lixiuij sextariū unū, seminis plātaginis uncias 5. côteres & cum uino dabis & oleo celeriter, usq; quo resudeat in-

flatio. Alij auctores asserunt ab umbilico duobus digitis cõtra pectus plagã fieri debere, & fistulã poni, & educi humorẽ uel aquã noxiã usq; ad sextarios tres, uel amplius si maior est tumor. Sed cautius est per partes sæpe tollere, ne repẽtina exiccatio periculũ faciat. Potionibus utẽdum esse dicunt, quæ urinas moueãt, frequẽter etiã cõfricandũ esse ut sudet, pr. fœno gramen accipiet & pro hordeo ciceres infundi. Prodesse etiam dicunt si inter pigmentarios frequentissime deambulet animal: quia diuersi odores latenter pulmonibus prosunt. Potionem etiam huiusmodi dant: Petrosilinum & mala granata cõtundunt, et cum uino ueteri per os digerunt. Apium quoq; quantũ † appetere uolueris offẽres ad edendũ. Asparagi syluestris radicis uncias 2. cũ uini ueteris sextario decoquis, ut ad tertiã redeãt, et ad heminã p os digeres. † al. apponere

De tympaniticis. Caput XXVII.

TYmpaniticus quoq; hydropico similis est, sed alijs agnoscitur signis; uenter quidẽ eius crescit ut hydropici, & ceruix fit rigidior, sed nec testiculi, nec crura intumescũt. Cõuenit itaq; tympanitico calidũ cinerem cũ liquamine optimo in panno, uel linteolo umbilico uel uentri subponere, & fascijs colligare, sed à pluribus aĩal tenendũ est ne luctãdo moueat ligaturas. Radicẽ panacis sil. gallicũ pariter cõtere:, et cũ oleo uinoq; tepefacto p cornu faucibus digeres. Preterea tymũ syluestrẽ & etargũ in uino decoques, et singulas heminas per triduũ dabis. Tympaniticũ hæc signa demõstrãt: ciborũ bibẽdiq; fastidiũ, exiguus somnus aut nullus, si p nares mucos cœperint emittere desperandũ est, si mũdas nares habuerint hac ratiõe curabis: cremorẽ ptisanæ et defruti binos cyathos p triduũ dabis tepidos. Preterea hyssopi uncias 4. alet uiridis manũ plenã, palmas numero uiginti, fœnigreci cyathos sex, aquam cisterninam & uinum odoratum uetus pariter misces, diligentissime decoques, & in potionem per triduum dabis.

De lienosis. Caput .XXVIII.

LIenosi ut manifestũ est periculum, ita manifesta sunt signa. Nam oculi inuertuntur & suffusi sunt sanguine, tardius ambulant, collum habent extẽsum et fit durius et rigidius. Quæ passio principiũ indicat roborosi, quorũ latera intumescũt, siue ceruicis medi spina ad similitudinẽ aluei fit cõcaua, astringũtur aliquãdo maxillæ, quod in iũ cõsueta inferri

ex nimia perfrictione, cũ animalis dorsum aut frigore, aut pluuia, aut grã dine cæditur, aut nubibus. Cuius ista curatio est: De cauda parum sanguinis demis. Nam si amplius tuleris infrigescet, & rigori additur rigor, admisces in eum merum, & oleum, & calefacies, & statim hac dorsum & ceruicem perunges, saccellum quoq; ex furfure calidum impones, ut totam spinã tenere possit & lũbos, altera die extergebis diligenter & unctione eadẽ perfricabis, supra quam similiter cum furfure calentem saccellum imponis, hoc usurus unguento: medullæ ceruinæ libram unam, mannæ thuris uncias quatuor, depli uncias tres, castorei uncias tres, opopanacis uncias tres, resinæ frixæ uncias 3. apoximæ uncias 3. resinæ terbentinæ uncias 2. ceræ librã semis, olei laurini uncias 8. (sæpi caprini libram) olei glaucini sextariũ 1. ex (olei cyprini) *his sicca quæ fuerint tundis & cribras, cætera super carbones soluis, quibus cretã admisces, & leuiter decoquis in uase nouo, un. turus cũ necessitas postulauerit, reponis ac seruas. Hac quoq; potione intrinsecus curabis: absyntij unciam 1. aristologiæ uncias 3. betonicæ uncias 2. petrosilini unciã 1. et semis, trixagnis unciã 1. thuris masculi uncias 3. castorei uncias 2. mãnæ fuccari uncias 2. contundis pariter et cernis, et ex aqua mulsa et oleo diffunde per fauces, absq; dubitatiõe curabis. Alij auctores asserũt sanguinẽ de brachiolis auferendũ, et aĩal abstinendũ ab hordeo, oleũ, nitrũ, marrubiũ, sanguinẽ de brachiolis æquis ponderibus tritũ cum absynthio pontico & uino austero per os dandũ, & cum biberit deãbulet, & spongijs calidis foueatur, & pressa manu diutius perfricetur. Si uentris permanserit tumor, pectus cauterijs inurendum est. Post quinq; dies ternos digitos subijcis hac atq; illac inurendum est iterum, obseruabis autem ne uenas forte comburas.*

De implecticis. Caput .XXIX.

IMplecticus autem quia similem sustinet passionem, perfricandus est unctione superius memorata, & si necessitas postulauerit inurendus.

De phragmatico. Caput .XXX.

SI phragmaticum erit iumentũ, his agnoscitur signis: febricitabit, oculos introrsum reducet, aures tensas habebit & rigidas, terram pedibus tundet, quod hac ratione curabis: Sãguinem detrahas de matrice, adiunctoq; oleo & uino tepefacies, totumq; iumentum contra pilos diligentissime confricabis, loco tepido statues, & curasti.

De eo qui aquam timet. Caput .XXXI.

ALiquando iumenta aquas timent, quæ dicuntur, hydrophoba. Signa huius hæc ſunt: uenas omnes habebit extenſas, ſudabit ſuffuſis oculis, tremorem frendorem'que patietur, illidet ſe parietibus: ex qua paßione conuerti conſueuit in rabiem. Cui hac ratione ſuccurris: Sanguinem ei de femoribus detrahes, à cibarijs abſtinebis, in loco ſic clauſo ut lumen uidere non poßit conſtitues, magno ſilentio aquam in ſitula uel alueo ita apponis ut non audiat ſonitũ, manipulum rutæ deterito, et baccas lauri xv. olei roſati librã, aceti unciã 1. commiſceto, caput & nares diligentißime perunges, & ſanabitur.

De Spaſmo. Caput .XXXII.

SPaſmum certũ eſt animalia ſuſtinere: quæ neceßitas his declaratur indicijs: Subito concident, & articuli eorum extenſi ſunt, & toto corpore palpitant, aliquando etiam de ore ſpumam emittunt. Quibus eſcam dabis paſca nitroq́; conſperſam, cucumeris quoq; ſyluatici puluerem, & nitrũ tritum per ſeptẽ dies in potione dabis ut purget. Sanguinis quoq; marinæ teſtudinis dimidiam cotylam, aceti tantundẽ, laſeris aliquantulũ pariter miſces, & ſuffundis in nares. Vtile dicitur terga eorum oleo & aceto & nitro frequentißime confricari.

De Epilepſia. Caput .XXXIII.

QVadam ratione lunari animalia ſicut homines frequenter corruũt, & intermoriũtur. Quorum iſta ſunt ſigna: iacentia contremiſcũt, ſaliuæ per os defluunt, deſperata pro morituris (frequenter) conſurgunt, & pabula appetunt. Cartilaginem naribus eorũ digito tentabis, quãto frigidiorem inueneris, tanto plus caſurũ ſcias. Si minus frigida fuerit, rarius cadet. Cuius iſta curatio eſt: De ceruice eius copioſum ſanguinem tolles, poſt quintũ diem de temporibus, loco calido tenebroſoq́; conſtitues, totũ corpus thermanticis confricabis unguentis, cerebrũ quoq; eius & auriculas pice liquida cũ oleo laurino admixto largius perunges, & mittes intrinſecus, caput etiam aluto & cerebellari cõmunies, potionẽ aũt catharticã dabis eiuſmodi: Radicis uncias 2. panacis radicis unciã 1. diagridij unciã 1. cũ cucumeris ſylueſtris uncia. quæ omnia bene trita cõmiſces, cũ mellis ſextario 1. decoques,

Al's (repente)

ex quo cochleare plenum in aquæ calidæ sextariũ, et olei drachmas 3, mittis & per os diffundis. Caput quoq; eius sæpius curabis. Radicẽ dianariã, id est herbæ artemisiæ, in puluerẽ rediges, et p fistulã naribus insufflabis. Radicem quoq; laseris tunsam si naribus defuderis, eadẽ ratione proderit. Si aũt passio perdurauerit, caput eius ures, ut apioso fieri consueuit.

De eo qui aquam reuomit. Caput .XXXIIII.

ANimalia sæpe aquam reuoment quam biberant. Quæ passio ẽ nimia perfrictione descendit, cũ stomachus paralysim ex frigore sustinuit. Sed hac ratione curantur. Sanguis de ceruice detrahitur, potiones thermanticæ propinantur, unctionibus calidissimis armi pectusq; confricantur, purgatur p nares caput, & si necessitas postulauerit, etiam sinapizantur.

De Sideratitio. Caput .XXXV.

SIderatitia iumenta dicuntur, cum uenas uacuas percusserit frigus, aut æstus, aut impleuerit cruditas, aut ieiuna bulimũ fecerit. Redditur enim stupidum animal, & titubans ambulat. Quod mollibus cibarijs, lenibusq; potionibus curari oportebit, ita, laseris unciã 1. & heminã mulsæ, succumq; ptisanæ miscebis. Et si ex frigore causa est, cum uino & oleo tepido dabis. Si ex æstu, cum rosato præbebis. Si ex cruditate, abstinebis à cibo. Si de bulimo, ciceres offeres largiores.

De percusso à sole. Caput .XXXVI.

SOl quoq; canicularis ardentior, animalia pcutit in cerebro, quibus de temporibus sanguis emittitur, & simili ratione curantur. His aũt ostenditur signis, quia deiectum caput portare coguntur.

De Cruditate. Caput .XXXVII.

CRuditas iumentis generat ægritudinem, quæ hac ratione dinoscitur: modo in unã partẽ, modo in aliã ambulãtes inclinant. Quorũ ista est medicina: Sanguis eis de ceruice detrahitur, à potu et cibarijs abstinẽ-
al's (cõpellẽte) *tur, Si æstas est, refrigeratorias accipiãt potiones, nõ parũ natura cõpellitur.*

De Bulimo. Caput .XXXVIII.

BVlimum animalia sustinent frequenter ex fame, frequenter ex lassitudine

dine. Cuius ista sunt signa: Anterius fugiunt, incertus effusus, tremebit. Quæ hac ratione curāda sunt. In primo omniū defricetur ex uino oleoq; tepefacto, cum † mūdis mollem partem uino infundis, & cū eodē confricabis. Si ilion fecerit, per cornu digeres & reparabitur. Quod si permanserit bulimus, similes heminas cū sextario uini infundes, & per cornu digeres. Quod iter † agerit inciderit bulimus, ubi necessaria de, unt, aerram faucibus infundes, aut offas facies, & per os digeres.

De Anhelitu. Caput .XXXIX.

Quod si ex anhelitu inflationes cōtigerint, cuius causæ rationes reddi non possunt, puscam calidam cum spongia cerebro eius apponis & pectori, in aures eius oleū laurinū mittes, frigidissimo loco eū cōstitues, nares quoq; titillabis ut frequētius sternuat. quo facto, statī exhilaratur.

De æstu. Caput .XL.

Si æstuauerit animal & defectionem patietur, brassicæ folia cum apio cōtundes, & cū uini sextario permiscebis, & per narē sinistram infundis. Si uero fortius æstuauerit, petrosilini, daucij, (silis) gallici, abrotani, spicæ nardi, sinoantis, æquis ponderibus tundūtur, & cū aqua mulsa data, æstū releuant. Quod si his ita membra defecerint ut cōcidant, quibusdā placet abstineri eos à potu, et sitiētes in aqua frigida una hora stare, et cōtinuo repari. Alij dixerūt hordeaceā farinā cū uino p cornu faucibus infundi. Plæriq; ex pti sunt triticeā farinā cū aqua frigida datā continuo profuisse. Vel certe tria oua cruda cū pulegio & pusca, oleoq; permixto faucibus infundunt. al's (similis)

De Paralytico. Caput .XLI.

Paralysim ad similitudinem hominum iumenta patiūtur, quæ his ostenduntur signis: Ambulabit (pronus) in latere ad similitudinem cancri, ceruicē incuruabit ut solent habere quibus fractæ sunt, rectos pedes nō ponēt (sic ægri p trientibus se illidūt) cibū et potū nō recusant. Hordeū aūt ipsius udū semper apparet. Hac ratiōe curabitur: Sanguis ei de temporibus pte cōtraria nō qua contractus est tollitur, unctionibus thermanticis pfricatur, ceruices ꝗ eius constringuntur usq; eo, ut crecellis ex lignis impositis constrictæ ceruice prauitas dirigatur. Loco autem calido stabulatur sicut roborosus. al's (prauus)

Cuiqʒ&

cui ipsæ potiones dantur. Si parum in totum ista medelarũ adiumenta profecerint, ceruices eorũ uruntur, non qua contractus est, sed ex parte contraria de cautere accipit palmas ab armo usq; ad ceruicẽ, auriculæ et in tẽpore uritur ad mensuram semißis. In alia autem parte temporis quasi stellam paruam cauterio facies, & in parte renum usq; ad mediam spinam uirgulas dabis solemniter, & curasti.

De intrinsecus rupto. Caput .XLII.

IVmenta nimio saltu, uel cursu aut ruina, cum aliquid ruperint, uulsant, quorum ista sunt signa: Stranguriam patientur, excreabunt etiam purulentum, & quoties uolutata fuerint non reuoluũtur, nec se excutiunt. Si recens ruptura fuerit, sanguinem magis excreabit quàm pus. Quæ curantur glutinosis & leuibus cibis. Talem etiam accipiũt frequentißime potionẽ: Thuris masculi unciã I. opij unciã I. heliotropij unciã, quod intybum agrestem uocamus, rutæ unciã I. quæ oĩa diligenter trita cũ uino austero quatuor mensuras adijcies, & per dies singulos dabis ad cornu, donec quæ intus rupta sunt glutinentur.

De Insania. Caput .XLIII.

SEd animal nonnunquam inuadit insania, ut præsepium frangat, seseq; morsu laceret, impetus etiam in homines faciat, auribus micat, oculis attentis & splendidis, & ex ore egerit spumam, quem caute ne medentem lædat, diligenterq; cõstringito. Sanguinẽ ei de ceruice & de cruribus trahito, rursumq; in tenebris contineto, donec appetat cibum. Cum cœperit ad patientiam reuocari, succum cicutæ uno acetabulo, & aquæ unã heminã admisces, & per os defundis. Post rutam conterito, & supra cerebrum ponito, caputq; lanata pelle constringito et curato, et cũ profecerit calide stabuletur. Talis quoq; potio equis subuenit rabiosis: baccas lauri nouem, & alei purgati grana uiginti & unũ, diligenter conteres, & cum uino ueteri candido per narem sinistram inijcies.

De Pletura ex hordeo. Cap. XLIIII.

SI animalia dum sudant hordeum comederint, uel ipsum hordeũ nouũ fuerit, quia uehemẽtius calet, uel copiosius quàm oportet ociosa pascuntur, absq; dubio indigestio & pletura comitabitur. Quæ paßio his agnoscitur

ſcitur ſignis: Sudabit, ligati erunt armi, ambulabit incertum: Sanguinem ei de ceruice detrahes, aceto oleoq́; permixtis totum corpus diligentiſsime cōfricabis, leuibus ambulationibus exercendum eſt, & ab hordeo penitus abſtinēdum. Cui eiuſmodi ſubuenit potio: braßicæ folia cōtundis, ſuccumq́; ex primis, & myrrhæ puluerem, & parum liquaminis, & uinum uetus optimum miſces, quod per triduum per os defundes, ita digeſtio & ſanitas conſequetur. Aliquanti præcantatione tentant afferre remedia, quæ uanitas ab aniculis ſolis diligenda eſt: cum animalia ſicut homines non manibus uerbis, ſed certa medendi arte curentur.

De paſſione pulmonis. Caput .XLV.

Pulmones ut integri præſtant ſubſtantiam uitæ, ita uitiati periculum afferunt mortis, quorum dolor manifeſtis declaratur indicijs: ſtertet, tußiet grauiter, et excreabit purulentū. Si ægritudo longior fuerit, de prioribus claudicat pedibus, grauem fœtorem naribus expellit, difficile ſe collocat, ſed febriens præſepio incumbit, corruptum aſſellabit. Aliquando in corpore ipſius ſimilia furunculis tubercula naſcūtur. Quorum ægritudo difficilis eſt, ſed hac potione curanda: thuris maſculi uncias tres, hyſſopi uncias 2. folij unciā 1. mannæ croci unciā 1. murræ uncias 2. diligēter tundis et cribras, ex quo puluere unū cochlear cum tribus ouis & aqua temperabis et diffundis per os. Si cibum non appetit, pro aqua lac caprinum miſcebis, & addito mellis cochleario propinabis. Succum quoq; ptiſanæ cum oleo roſatio, & puluerem ſuperius comprehenſum cū ouis per os dabis ad cornu. Offas quoq; ex duobus ſextarijs farinæ triticeæ, & uno ſextario erui pollinis facies, quibus admiſcebis ex ſupraſcripto puluere quinq; cochlearia. Sed ſeptenas offulas diebus ſingulis digeras, quas quotidie ad ſubſtātiam dabis, donec cibos tentet appetere. Cui omnem eſcam propter faſtidium ui·idem oportet offerri, et contrario, lenticulam cum tritico uel hordeo torrefacto, cum palea dabis, ut quicquid ex diuerſitate ciborū uoluerit eligat. Lac tamē recens cotidie ei conuenit dare. Deambulet plurimum, ubi cœperit conualeſcere ad exercitium reuocandū eſt. lac ſi defuerit, aquā in qua eruum prius lotum die ac nocte permāſerit dabis in potu. In cauſa pulmonum de ceruice uel de palato his ſanguis aufertur, quibus (nec) faſtidium euenit, ſed fortiora ſunt corpora. Cineres quoq; ulmi loti & infuſi aqua cum uino ueteri optimo

odorato hemin in singulas misces et dabis. Quod si uehementius uexatū ægritudine, trāsiuit in morbū: Radicis lētisci drachmā, thuris uncias 2. murræ drachmā, succari semiunciā, cōtere diligēter, & cū uino suffunde. Sūt et ista remidia: Vua alba in os equi frequēter exprimatur, semen radicis datur in uino, amygdalæ frixe cū aqua offeruntur. Sed est alia efficacior potio: Cardamomi uncias 2. casiæ unciā, storacis unciā 1. quæ omnia si ualidior & smecte erit cum uino, si febriens cum succo ptisanæ per os dabis.

De orthopnoico .i. plagio rigido. Cap. .XLVI.

Ortholisophicum iumentū his agnoscitur signis: etiamsi trahatur ambulare detrectat, anhelat grauiter, frequēter suspirat, rūchos ducit, ilia suspendit, dū manducat tussit. Ex quo uitio difficile liberabitur, licet in longū protrahat uitā. Pulmo enim eorū contrahedo se cōburit, unde & macies cū morte insequi consueuit. In recenti tamen hanc curā festināter adhibebis: Sanguinē de pectore detrahes, & mero oleoq; pmixtū atq; calefactū punges. Lixiuiū quoq; cineris diligēt issime cretū, cum oleo optimo temperabis, & per nares diebus quinq; cōtinuis eidē digeres. Potionē quoq; dabis postmodū: Sinapis alexandrini frixi, & sulphuris uiui, & murræ cardamomi species, æquis ponderibus contundis & cernis, et cū melle (optima) de coquis. Ex quo medicamēto ad magnitudinem nucis cū uino nigro calido diluēs, & quotidie per os pottonabis. Alij uero myrrhæ uncias 2. sulphuris unciā 1. nitri semiunciā, picis liqdæ pusillū deterūt, addūtq; melle et uino uetere odorato, candido, p nares sæpius insundūt. Curabis autē ne algeat, tempabis exercitatiōibus ut sudet: et nō solū in potiōe, sed etiā in fœno nitrū cū mellicrato aspersum semp accipiat.

al's (attico)

De Epistotono. Caput .XLVII.

Epistotoni quoq; similis passio declaratur. Orthotonicus qui totus est rigidus, Epistotonus cui in posterioribus partibus morbus insederit. Cuius ista sunt signa: Aures (rigidas) habebit, collū extēsum, oculos minores, tensa pellis in facie, labia grauia, ut oscitare et apire uix possit, cibū potūq; fastidiet, cauda rigida, gressus incertus, mēbra dislēsa, difficile progredi tur, et frequēter in posteriorē ptē cōcidit, unde Epistotonus noiatur. Qđ genus passionis hyeme curare difficile est, æstate aūt si diligentior fueris obtinebis.

al's (frigidas)

Que

Quæ paßio p æstatē his nascitur causis, si iumentū ardētißio fuerit sole pcussum, uel si in itinere priore claudicās pede, coactū fuerit ambulare uel currere, & uehemētius sudauerit, et ex sudore uel armū læserit, uel supra ipsum iacuerit ut armus indormiat. Hyeme aūt cū de itinere uel de exercitatione uenerit, et cū sudore steterit sub diuo in frigore, aut in loco (recenti) uel humecto aut marmorato, aut tessellato, uel si frigore maxillæ obdormierint, tūc ista ægritudo cōtrahitur. Cui hac ratione tentabis succurrere: Adipis porcinæ ueteris lib. 2. resinæ terbentinæ selib. piperis triti drachmā, ceræ librā, olei ueteris sextarios 2. pariter decoques, et calidißime totū aīal perūges. Multi eruum decoquūt, calentēq; aquā capiti ipsius languētis imponūt. Alij in stercore ipsorū calido obruūt ægrotātes, ut lāguorē exudet. Plæriq; colligatis iumētis cōmodū credūt renes sole feruenti bene cooperiri. Hæc quoq; potio traditur salutaris; Piperis triti grana xx. cedri pōdus denarij, nitri unciā 1. mixturæ laseris tyrrhenici globulū ad magnitudinē fabæ, trita atq; permixta, addita liquaminis floris hemina, & uini ueteris summi sextariū bis in die per os digeres. Expertū dicitur, sanguinē bubulinū calidū et fumantē, sed moderate p cornu faucibus infundis. Quod si forte defuerit, thuris cribrati & salis triti ternas uncias cū uino optimo prodesse dixerūt. Calidis medicamentis aīal expedit dum sanetur perungi. Adipis quoq; porcinæ recentis coctæ quantū existimaueris cum oleo optimo & uino summo & melle commisces, & ad carbones semper decoques, ac per nares infundes. Malagma quoq; de calidis speciebus in carbonibus cum oleo cyprino uel communi, sed ueteri, abluitur, & perungitur. Post curam operitur sagis, & in sole calido exercetur à sessore, & repedens dum sudet. Post sabanis ualidioribus abstergetur, & denuo unctum operitur, pice quoq; liquida admixto oleo perungendum, nō tamen nimia pix sit, ne corium lædat. Nōnulli uā ualidioribus de ceruice sanguinē detrahūt. Plæriq; in balneū ducunt, calidißimis potionibus curāt, id est, lasare & cymino, aniso, oleo, baccis lauri, ex quibus quotidie aliquid cū uino ministrant. Vnctionibus quoq; istis utuntur: Ceræ lib. resinæ uncias 4. opopanacis unc. 2. medullæ ceruinæ uncias 3. olei storacini uncias 3. olei laurin unc. 4. quæ oīa decoquūt, et in sole aut in loco calido perungūt. Alia quoq; unguēti compositio talis est: Baccarū lauri sextariū 1. cymini sextarios 2 sulphuris uiui unc. 3. resinæ unc. 1. galbani unc. 3. olei sextar. 2. q̄ oīa decoques et uteris.

De lethargico. Caput .XLVIII.

LEthargici quoq; iumenti ista sunt signa; Iacebit semper & dormiet, neq; cibum appetit neq; potum, cum excitatum fuerit continuo aggrauatur, & se proijcit, & macescit, & quancunq; ei dederis potionem tanquam dormiens uix suscipit: quem hac ratione curabis: Substernito in stabulo ubi stat, ut bibat ibi, cui caput fomentabis ex calida pulegio decocta, postmodũ perũges oleo cum adarte trito, ita ut caput eius et aures infundas, ea usurus potione: camomillam illyricam, (idem nos trace) & herbam artemisiam in aqua decoquis, ex qua quotidie ei binas cotylas propinabis. Cui & pedes priores frequenter fomentabis calida. Solet enim hæc passio adstrictius ad rectum pedem contingere. Est quidem periculosa passio atq; curatio: cuius ista sunt signa: Oculi eius lachrymabunt quasi lippiant, in præsepio dormitãs incumbit, à posterioribus ambulans nutat, & totum grauatur. Cui sanguinem detrahes de pede priori dextro, & de femore sinistro, ex quo eum perunges. Herbam artemisiam contundes, & cribratam dabis cum lixiuij sextario, & olei cyathis duobus, per triduum. quarta die intermittes. Quod si cibaria non appetit, (bolũ ex melle) & aqua tepida comedat, & aquam bibat. Si ninus profecerit, lini semen cum aqua in olla decoques, & heminas singulas per dies singulos dabis ad cornu, addito melle quãtum sufficiat. Quæ potio etiã febricitantibus prodest. Lethargicũ animal frequenti exercitatione prohibendum constat à somno. Assidua quoq; iniungenda est deambulatio si anteriores pedes eius miseris in fomentum. Nam furfures sale et aceto permisces, & calentes ungulis imponis. farinam quoq; triticeam cum tritis salibus & puscæ sextario uno, faucibus infundes, herbam artemisiam tunsam cum oleo & modico lixiuio dabis ad cornu, abstinebis ab hordeo, fabæ solidæ sextarium porrigis ut uiglet, donec duriores edomet cibos. De ceruice sanguinem ei detrahes. Depletum hac ratione curabis: Afromtri uncias tres, gallæ syriaticæ uncias duas, spicæ nardi uncias 2. radicis capparis uncias duas, tunsa & cribrata permisces, et terna cochlearia in sextario aquæ tepidæ dabis in potu. Nunquam frigidam nec nimium calidam, sed tepidam ad bibendum semper accipiat. Assidue flagello excitandum aut uoce, ut uitium timore deponat.

[Margin: al's(eruũ mellitum)]

De morbo Regio. Caput .XLIX.

SI quod iumentum morbum regium habuerit, his agnoscitur signis: utriq; oculi uirides sunt, & ceruicem inclinatam habebit, dextra parte & pede dextro (etiã sinistro) uidebitur claudicare. Cuius curatio est ista: loco tenebroso, ubi lumen uidere non possit, clauditur, et operitur sagis ita, ne oculi eius aperiãtur in die, oleo et uino tepido ungetur atq; fricabitur, lapides molares nõ minus pondera quinq; in ignẽ imponuntur, animalis caput copulatur ad pedes, cum bene cãducerint, sub eius naribus apponuntur, perfusi oleo suffumigatur os, nares, & oculi, ut morbi uirus exudet. Quod per septem dies cõtinue est faciendum. Tali etiam ratione succurrimus: sanguine caprino et lacte ouillo, anagallico, costo, oleoq; pariter admixto potio conficitur, quæ per dies duodecim datur.

De bili, idest, coleribus. Caput .L.

SEd interdum biles, quæ coleræ appellantur uulgo, solent iumenta uexare. Quæ passio his declaratur indicijs: cõmouetur ac uolutatur ut strophosus. Sanguinẽ de ceruice emittis: Daturus eiusmodi continuo potionem: herbæ trixagnis nigræ unciã semis, mannæ succari unciã unam, nitri uncias duas, altei uncias 2. uini optimi sextarium unum, conteres, ex aqua mulsa heminam unam per siuistram narem infundes.

De bili arida. Caput .LI.

QVod si aridam bilem habuerit, myrtum agrestem cum uino contritam per narem dextram deffundis, pro hordeo far triticeũ dabis. Potionem ipsam temperabis ex aqua:

De coli passione. Caput .LII.

COli passio grauissimos cruciatus iumẽtis cõsueuit inferre, ita ut cardiaci aut strophosi esse credãtur, sed his agnoscitur signis: Cũ stat repente cõcidit ut arreptũ putes, si satis suspensum fuerit dolor subsequitur, & iacet nõnunquã: cum frigidã aquã acceperit tremit, sudat, anhelat, Cui hac ratione succurritur: Anisi pontici unciã 1. petrosilini unciã 1. feniculi seminis unciam, piperis nigri uncias 2. marrubij unciã 1. abrotani unciam 1. anethi uncias 3. libistici 3.4. centaureæ minoris et maioris uncias 2. (cametris semiunciã) eupatoris 3.4. gingiberis unciã semis, pulegij semiun-

ciã, rutæ unciã, apij unciã semis, pariter cõtũdes et cernes. tũc mellis optimi põdera duo cocta et despumata cũ oĩbus misces, ex quo medicamento ad magnitudinẽ nucis auellanæ cũ aquæ tepidæ sextario dilues, et per os infundes, ls(piperis) certißima medicina est. Q͞d si dolor pseuerauerit, feniculi seminis cochlearia v. bene trita cũ uino syncero sed cibario sextariũ dabis. Præterea (panis) aliquantulũ et pellicula de uentre pulli siccata in furno et trita cũ uino dabis.

De uomica. Caput .LIII.

Vomicæ plærũq; animalibus nascũtur intrinsecus. Cuius paßionis signa sunt ista: cũ accubuerit difficile surgit, os ei grauiter olebit, incũbet in eo loco à quo uexabitur, tußiet, et purulẽtũ excreabit interdũ. thuris uncias 2. aristologiæ uncias 2. in uno cũ uino tepefacto per nares digeres. Item sulphuris uiui uncias 2. aristologiæ unciã semis similiter dabis, cibo autẽ maxime sustẽtandũ est ut habeat corporis nutrimentũ, et cũ rupit uomicam cauterijs circa pectus aduris, ut facilius prouocatus humor emanet.

De coriagine. Caput LIIII.

PAßio quã græci ecedermiã uocant, latini coriaginẽ appellant. Cuius ista sunt signa; macescit, et sine febre nõ erit, coriũ illius adhærebit costis, spina fit durior, in dorso eius nõnunq̃ furunculi exire cõsueuerũt, magis etiã quã adsueuerat appetit cibos. Cuius ista curatio est; thymũ & sales cum uino rubro cõteris, & tubera, si qua in eo sunt, cõfricas. Parabis etiã aliã unctionẽ: picẽ, cerã, resinã cabialẽ, & thuris pollinẽ ex oleo ueteri temperabis ac decoques, totũ animal cõfricando diutißime perũges. Sed parum est unctione corio mederi, nisi potionibus & intrinseca curentur; piperis albi triginta grana, myrrhæ semiunciã, uini odorati ueteris cotylã, olei uiridis cyathũ unũ admiscebis & per os digeres. Itẽ fasciculos rutæ uiridis atq; purgatæ opopanacis & cotylã uini & olei uiridis cyathum admisces et dabis in potu. Quod uitium ex perfrictionis iniuria, aut ex coactione alicuius necessitatis descendit. Aliquanti suis nõ uetulæ sed nouellæ sanguinẽ uino permixto ad cornu faucibus digerunt, ignorantes si plus sanguinis fuerit cõtinuo animal interire. Cautius est hac magis potione curare: cepas germanas et semen rutæ pariter admisces, & deteris, ex quo uncias tres, cum uini cotyla per dies singulos dabis, usurus curationibus quæ conueniunt roborosis.

De stomacho

De stomachico. Caput LV.

*Syntaxin animalia patiuntur & homines: quæ ualitudo his declaratur
indicijs: cotidie tenuãtur, et macie ossa eminẽt, multũ manducãtia esu-
riũt semp, quicqd inuenerit tentãt fame cogẽte corrodere, durũ stercus
emittũt, trahũt longã ac miserabilẽ uitã, ut nec surgere ualeant. Sed iacẽtia
fatigata, multumq; manducãtia fame moriũtur. Omnis enim esca quã sump-
serint ad stercus, & omnis potus cõuertitur in urinam, nullus ex his succus,
nullum alimentũ peruenit ad medullas. Propterea quod stomachus eorũ ni-
mio rigore perstrictus, nec coquere poterit, nec epati aliquid propinare, in
quo tota uirtus ad nutriendum corpus per dispensationem ciborum sanguis
præparatur. Tabescit semper, iecurq; eius minuitur ad similitudinẽ arboris,
quæ radicibus ex maiori parte præcisis, cum à paruulis aliquandiu sustenta
ta portauerit frondes, celeriter exarescit. Quorum manifesto periculo hac
ratione tentatur occurri. Inter principia facies unctionem, ceræ libras duas,
resinæ terbentinæ libram, medullæ ceruinæ libram, axungiæ ueteris sine sa-
le libram, propulegij selibram, irisillyricæ libram, samsuci libram, olei lauri
ni quantum satis fuerit, decoques carbonibus lentis, & ad ceroti molliciem
perlocabis, cui adhuc tepenti misces puluerem irisillyricæ & cretæ cimoleæ,
donec infrigescat agitabis. Ex quo medicamento totum iumentum perunges,
& multorum manibus confricabis, donec calefiat & sudet. Quod interposi
to triduo conuenit fieri, ita ut coopertũ animal sit, & cotidie paulatim exer-
ceatur, ut digerat. Cui hæc præparabitur potio: abrotani uncias 4. santoni
ci uncias 4. trixaginis uncias 4. camepiteos uncias 4. gentianæ uncias duas,
murrhæ uncias 2. opopanacis uncias 2. eiusdẽ radicis, succari semiunciã, ru-
tæ aliquãtulũ, oĩa bene tundis & cribras, ex quibus duo cochlearia in uino
ueteri decocta cũ succo ptisanæ in qua (atro) decoctũ est, admiscebis, adiun* als(acyo)
*ges etiã erui pollinis cochlearia duo, quæ cũ p nouẽ dies continuos dederis,
intermittis aliquãdiu ut uires colligat, et resumat, et per singulos (periodos)* ala)hebdomadas)
*alternis curabis. Nec cessabis donec sanitas redeat. Diebus autem uacuis of-
fas ex farina triticea in lacte conspersa ad substãtiam digeris, furfures quoq;
triticeos & paleas dabis, hordeum non dederis nisi fortassis infusum, dene-
gabis etiam herbam uiridem donec reparare cœperit corpus.*

De icterico

De Icterico. Caput .LVI.

ICterici ista sunt signa: Oculi uirides, de quibus profluet lippitudo, ad similitudinem fibae indurescit corium, fit horridum pilis, insequitur fatigatio, ambulans genibus claudicabit. His sanabitur medelis: Panacis syriatici et apij seminis singulas libras contundito atq; cribrato, & cum mellis attici libra misceto, tūc aquae, in qua lupini crudi fuerint decocti, sextario, ex medicamento superius descripto, quatuor cochlearia miscebis, & in potione dabis per dies v. Si tardius adiuuat, uini sextarios 3. in pultario nouo, canini stercoris albi uncias tres admisceto, & ponito sub diuo, ex qua potione quinque diebus per os digeres. Praeterea aquam in qua ciceres decocti fuerint, & stercus caninum simili ratione praebebis.

De Stropho. Caput .LVII.

STrophi diuersae causae, & diuersae sunt curae. cuius ista sunt signa: Voluttur, patitur torsiones, ilia sibi respicit, stercus durum assellat, terram pedibus tundit dolore cogente, intermißis horis refrigerationē sentit & requiem. Hac potione curandū est; acori, anisi, opopanacis singulas libras pariter contundis & cernis, ex quo puluere duo cochlearia in uini ueteris sextario & olei pondo semis admisces, & tepidum per os dabis triduo. Si strophosus fuerit & non facit uentrem, caudā inter coxas suas mittet, & ad uentrem suum conuersus attendet. cui puluerem de semine rutae syluaticae cū uino per os dabis. Praeterea cepas decem ueteres, ficus siccae ℈ 8. nitri scrupulos 5. stercoris colūbini scrupulos 4. ex quibus addita urina collyria facies, & bina uel terna in anum immittes. Si uero fortius uenter induruit, conuenit adhibere clysterium, sed prius uentrem aqua calida persouebis. Tunc succum (cantabricum) in quo fuerint bletae maluaeq; decoctae, cum nitro & hemina olei, & columbini stercoris quatuor scrupulis, pronum constitues, & per anū inijcies iumento, ita ut post clysterem inambulet aliquantulū. Alij fimum leporis cum nouem cochlearibus mellis, & quindecim granis piperis addito caulium succo per os salubriter defundunt.

De dolore iecoris. Caput .LVIII.

IEcoris dolor solet infestare iumenta, cuius ista deprehēduntur indicia; Cibi fastidium, potus appetentia, uentris inflatio, macies. Cui primo cremo

rem pti-

ris ptisanæ sextariũ 1. cũ olei rosatij tribus cyathis per os digeres. Si paßio permanet, alia potione curabitur. Apij seminis uncias 3. hyssopi uncias tres, abrotaniunciã 1. olei uiridis quantũ sufficit, uel succi paulominus. Si uiridõ abnegat tempus, ex uino optimo ad tertias decoques, per aliquot dies potionẽ dabis. Similis quoq; huius paßionis est ratio. Sine febre enim animal nõ erit, nec facile cibũ conficiet, testiculus dexter tumebit et indurescet, cui ista subuenit medicina: fœnigræci cyathos quatuor mittis in aquæ fontanæ sextarios quatuor (.i. grana triginta) & decoques ad terciã partẽ. hemina per os datæ potione curabis. Nõnulli turis drachmas 2 tritas, cum uino quantum sufficit miscent, & inde totum corpus multorum perfricatur manibus, saccis cooperiunt ut sudet.

De inflatione uentris. Caput .LIX.

INflatio uentris interdũ iumenta (sine dolore) conturbat. Cuius paßionis ista sunt signa: testes eorũ sudabunt, alternis pedibus terrã tundunt, subito inde alterna parte se cõuertũt, caput ad ilia sua ponũt tanquã qui locũ doloris ostendãt, gemitus interdũ & tremor totius corporis insequitur. Hunc paulatim deambulare facies, manum unctam in anum mittes, & stercus ex trahes. deinde sale & melle mistis in anum infundes, ut assellandi augeat uoluntatem. Si hyems fuerit, oleo & pice liquida lumbos & auriculas illius saturabis, hanc daturus potionem: Laurum uiridem uel baccas ipsius, piper & cyminum, petrosilini & feniculi semen, semen agrij & nitri, quæ pariter admixta, tunsa & cribrata cum uino, & oleo tepido, & calidæ aquæ paruula portione potionabis, & deambulare compellis moderate, donec dolor cesset.

De intestini uexatione. Caput .LX.

INtestini quoq; uexatio, quod colon uocatur, & inflationes et dolores cõsueuit inferre. Quæ his agnoscitur signis. Cum ambulare cœperit, prioribus pedibus transuaricat & dolores subglutit, & crebras deãbulationes & calores stabuli, si diligenter etiam operiatur diligere consueuit. Cui per nares suffundes laser & cyriacum in uino tepido solutum.

De tussi. Caput .LXI.

FRequẽter omni genere deforme uitium, eo q; maximæ aĩali ũ parti accidit, tußis est

dit, tußis est, quæ interdum sponte desinit, interdum medicamentorum rōne curatur, interdū insanabilis penitus inuenitur. Difficultas aūt curationis emergit, quia causæ ex quibus tußis euenerit, à medēbus nec discernūtur, nec intelliguntur interdum. Quam paßionē uniuersis authoribus euolutis, quanto crebrius accidit, tanto studiosius credimus exponendam.

De tussi quæ uenit si quid faucibus hæserit. Ca. LXII.

EXasperatio, aut iniuria faucium grauißimam commouet tußim, quoties aut puluis, aut arista, aut os, aut furculus, aut lapillus, aut aliquid inhæserit gutturi. Quæ res adeo periculosa est, ut nisi celeriter subueniatur, aīalibus per impatientiā doloris insaniā generet. In sole igitur diligēter inspicito, si quid hæserit euellito. Ex tepida etiā, addito nitri puluere, infusa spongia tergito. Deinde oleo rosatio tepido cū lana obturato locū qui indignationem sustinet. Post diē tertiū lanam eijcies, eadē ex aqua calida fouebis & tale medicamentum imponis: succari ʒ 4 aluminis colati ʒ 1. ex tepido uino infundis, & sic exasperata sanabis.

De tussi ex perfrictione. Caput .LXIII.

EX perfrictione quoq; nascitur tußis. Cuius ista sunt signa: cum tußierit, caput deorsum mittit usq; ad terram, & cū biberit, aqua ei per nares currit. Quam hac ratione curabis: Machinam ori inferes, manū planam inijcies, cōperies in parte superiore quasi uesiculā, quam unguibus rumpis. Deinde tres pillulas bene cōtusa axungia mollißimas facies, quos in subtilißimo lomento, hoc est, farina fabacea, conuolues, & per os digeres. Deinde per triduū (uenaculo) & sale perfricabis, & pastillos cum speciebus calidis & uino in potionibus dabis.

ali's (una auina uel brutillo)

De tussi à colibus. Caput .LXIIII.

TVßis à colibus si fuerit, his signis agnoscitur: coles iniuriæ pleni sunt actiumebunt, dum bibunt continuo ruminant. Ouum in aceto acerrimo mittis, resolutaq; testa, ita ut integra membrana permaneat, pice liquida perunges, & faucibus digeres. Post alumen, axungiam, salem in uino cōteres, offas facies, & ex melle deijcies, ita ut aqua calida, & si facultas suppetit, cum calido decocto aßidue fomentare non desinas. Hanc quoq; potionē

adijcies

adijcies: myrrhæ uncias 2. piperis albi semunciam, nuclei pini purgati sextarium semis, uuæ passæ sextarium semis, mellis uncias tres, pastinacæ unciam unã, cariottæ uiridis selibrã, decoques pariter ex aqua, & addito uino tepido quinq; uel sex diebus potionare non desinas.

De tussi ab interioribus. Caput .LXV.

AB interioribus grauior & penè insanabilis tußis est, quæ hac ratiõe dinoscitur: nares iumenti præcludit, ut spiritum reddire non poßit, tũc ilia ei inspicies, quæ si spißis pulsibus duxerit, scito esse tußim ex causa iecinoris, pulmonis, uel præcordiorum, uel (recentem) si lentis pulsibus ilia duxerit & uentrem, indicat tußim de interioribus, hoc est, de his locis, in quibus intestina iumentorum ligantur, quorũ tensione & iniuria cõpellũtur tußire. Nã si cursu nimio uel latiore saltu cõuexata ilia fuerint hæc nascitur causa. Ex nimio quoq; æstu, uel intolerabili frigore interiora uitiantur, & faciunt tußicos. Vnde uulsi appellãtur. Sine igitur ex suprascriptis, siue ex alijs causis interioribus nata fuerint uulnera, etiãsi post sanitatẽ duxerint cicatrices, strictius tamen cõtrahendo se et aspcritatẽ faciũt, & aßidua titillatiõe ppetuã excitãt tußim. Quæ causæ lenißimis medicamẽtis adiuuari uel suspẽdi aliquatenus possunt, psanari omnino nõ poßũt. Hinc est quod in herba uiridi uel pascuis uulsorũ uitia celãtur. Sed omni tpe hæc cõpositio est salutaris: fœnigræci heminã, seminis lini heminã, traganti unciam i. aburis masculi unciã i. myrrhæ un. i. succari, erui pollinis añ unciã i. tunsa et cribrata in calida infusa permaneant, altera die ex aqua tepida singulas cotylas dabis ad cornu, cyatho olei rosati permixto, per plurimos dies. Ex qua cõpositione recens causa sanabitur, uetus sentiet leuamẽtum. Ad quæ uitia nunquam dederis austeriorem potionem, ne exasperet & decidat: sed leuem & simplicem, & refrigeratoriam. Cauendum etiam est ne in tali paßione unquam sanguinem detrahas. Plærunque tracanton ex oleo debere dari per biduum, Tertio dei decoctos raphanos atque contusos propinare cum uino, refrigeratorium pastillum addentes in æstate. Ad tußim diuersæ sunt potiones, quas proprie omnes inserere necessarium duximus, ut pro qualitate paßionũ, medentis arbitrio remedia cõmodentur: Farinæ fabæ frixæ sextarios 2. infundis in paßi sextarijs 3. et in mortario diutißime cõteres. piperis triti grana triginta, sepi hircini libras 3. pariter admisces & omnia

tusa & cribrata per os ad cornu per triduũ dabis. Nõnulli uero duobus sextarijs, cõditi fabæ frixæ heminã ante triduũ fundũt, post deterũt diligenter, & æquatis partibus per triduũ digerunt. Alijs placet farinæ fabaceæ sextarium unũ, tribus sextarijs, uini ueteris infundere, additaq; olei optimi libra pariter deterere, ac dare per cornu. Si tußis ex ruptura uel uulsione prouenerit, anagallicum primo tundes, post herbam paritariam pro duabus partibus teneram admisces, adiunctaq; axungia ueteri conteres diligenter, & pa-
als(experta) stillos facies, quos impari numero & imparibus diebus cum resoluto butyro ac melle diffundes. Ad leuem tußim uiatoria sunt (expeditaq;) remedia, porros decoquere, & cum herba paretaria bene tonsa miscere, factisq; pastillis in ouo resoluto & oleo roseo, necnon & passo & melle conuoluere per triduum deijcere, succũ ipsius iuris in quo decocti sunt porri, insuper dare per cornu. Itẽ laser. i. opiũ syrenicũ ad magnitudinẽ fabæ, cũ uino ueteri deteres et p cornu dabis. Tußi et grauedini capitis medebitur oleum roseũ uel certe simplex & uiride cum aqua calida per narẽ dextrum per triduũ diffusum.

De uulsis. Caput .LXVI.

VVlsis glutinare creditur, si dragãti uncias 2. pridie infundas in calida; fœni quoq; greci heminã, lini seminis heminã, separatim infundas, die postero in cacabo decoquas & pariter teras, post medullæ ceruinæ uncias 2 sepi hircini librã, radicis tracontiæ unciã 1. gentianæ unciã 1. centaureæ unciã 1. sepi taurini unciã 1. cõtundes, & illis quæ prius parata sunt addas; quæ oĩa in mortariũ mittes, & diutißime cõteres. Ad ultimũ paßi sextarios tres & aquã in qua fœnigrecũ uel semen lini fuerat infusum adijcies & decoques, ac per triduũ ad cornu dabis. Grauiter tußientes & uulsi hac potiõe recreãtur: De masculo pinguis porcinus acro decoqtur, donec omnis caro soluatur, abiectisq; oßibus uniuersis cũ iure quo deferbuerãt & tribus sextarijs (paßi) succidi: Deinde rursus in cacabũ mittis glutis tau-
als(ptisanæ) rini semiunciã, aceti acerrimi hemina dimidia cõiungitur et feruet ut quilon fiat, tragãti uncias 3. lini seminis et fœnigræci unciæ singulæ decoquũtur extrinsecus et terũtur; adiũges etiam medullæ ceruinæ et sepi hircini uncias 3. quæ ad ultimũ cũ omnia pariter calefacta fuerint & colata, facies potionẽ, ex qua per cornu dabis animalibus diebus septem, aut nouem curaturus, aut tepefactam digeras ut inspissentur, adiecto passo & aquæ illius copia in

qua

quæ cocta sunt semina. Præterea aliquāti caput agninum tam diu decoquūt, donec omnis cōpago soluatur, abiectisq; oßibus terunt, adiectoq; a dius ipsius melle, diebus septē ad cornu digerunt. Quod si tußis ex faucibus ueniat, myrrhæ uncias 3. cardamomi unciā 1. nuclei sextariū, uuæ passæ sextariū, deteres diligenter, additoq; melle agitando lentis carbonibus decoques, cum intepuerit, pastillos ad nucis magnitudinem facies, quos ternos cum butyro diebus quinq; uel septem digeres. Item si ex faucibus causa est, occisum pullum palpitantem aperies, & tollis eius uentriculum, quē cum suo stercore calentem & integrum in melle conuolues, & per cānalē digeres. certißimū ac uerum remedium est. Si exasperatio gutteris mouerit tußim, murrhæ uncias 2. piperis uncias 2. seminis lini frixi & contusi sextarium, cardamomi semiunciam, uuæ passæ sextariū, nuclei sextariū, mellis pondo duo, diligenter trita cōmisces decoquis, pastillos ad nucis magnitudinē facies, ternos in die digeres.

De tußi quæ generatꝰ ex humoris acerbitate. Ca. LXVII.

TVßi quæ ex acerbitate humorum prouenit, tali ratione succurritur: In primis purgandum est corpus tußientis. Cucumerem itaq; syluaticum uel radices eius cum nitro Alexandrino conteres, adiunctoq; uino uetere per os dabis ad cornu. Quæ potio cum laxauerit uentrem, post diē tertium squillæ ualidioris ℈ quatuor contundes, & optimi laseris quantum fabæ patitur magnitudo commisces, uiniq; odorati sextarium, & olei ueteris librā addis, & cum diligenter omnia cribraueris, triduo per os defundes ad cornu. Item alia. Istis quoq; suffimentis nō minus quàm potiōibus adiuuabis: Sandarici uncias 3. asphalti uncias 3. allij & ceparum uncias 3. quæ cum pariter triueris, in tres partes æqualiter diuides, & per triduum cooperto ori uel capiti subiectis carbonibus suffumiges, ut odor impleat nares cuius tamē oculos prius ligabis ne medicamenti acerbitate lædantur. Herbæ quoq; marrubij fasciculum quàm magnum uolueris deteres, et cum ouo & uino succido admisces, addita adipe ceruina, uel si defuerit, uerbenaceam cum cera resoluis, & cum tepida ad cornu digeris. Grauißime subuenit tußi si pillulas cypreßi decoquas, & purges diligenter, addita axungia, & argallico, & folijs tenerioribus herbæ paritariæ, cōtundas in pila, et pastillos ad nucis magnitudinē facias, quos quotidie impares cum melle & oleo et uino passo, ouis intinctos deijcies. Si placet pro pillulis etiam folia cypreßi cōtusa miscere cum omni-

 bus supra

bus suprascriptis poteris, picis liq dæ facere potionẽ, et dare p cornu. Ad oẽs
tusses talẽ dedere pleriq; potionẽ: draganti, myrrhæ, spicæ nardi añ unciã 1.
detriuere sollerter, & cũ duobus sextarijs passi per triduum diffudere.

Ad tussim siccam, uel suspirium. Ca. LXVIII.

AD arteriam exasperatam, et ad spasmũ: hyssopi librã, fœnigræci se-
librã, semmis lini, tracanti, anagallici, rutæ uiridis singulas selibras,
salis heminam dimidiam conteres, & usq; ad tertiam decoques cum
passo, tussienti per triduũ, mulso per nouem dies dabis. Alij petroselini mace
donici unciam 1. semis, dauci unciam 1, myrrhæ, spicæ nardi, costi, tracanti,
singlas uncias, prius in mulsa tepida diffusas, acori, pipis, succari añ unciã 1.
guttæ armeniacæ uncias 2 cassiæ unciã 1. pariter deterunt, pastillos ex mul
sa faciunt, post cũ passo deijciunt tedianti Ad tussim ueterẽ, & ad suspiriũ, uel
anhelitũ, & ad synanchen, Si mox dederis storacis rubeæ uncias 3. murrhæ
trogloditis uncias 2 opopanacis unc. 2. iris. llyricæ uncias 2. galbani unc. 2.
resinæ terbentinæ uncias 3 herbæ simponiacæ unciã 1. pariter commisces &
deteris, pastillos facies cũ melle. Præterea axungiæ librã semis, caricas qu-
al.(raucam) decim (pineam) combustã, et in puluerem redactam, liquaminis optimi hemi
nam, mellis librã cum cauliculis excoctis, offas faciũt & cum passo digerũt.
Aliquanti hederæ folia, itẽ populi albi folia, æquo pondere deterũt, et cũ uino
albo per nares defundunt. Alij rutæ folia cũ melle deterũt, et cũ uino optimo
p nares defundũt Alia. Cucumeris syluatici folia fœno miscẽt, radicẽq; ipsius
contundũt, & cũ lini semine & hordeo cõmixta offerunt. Experimẽto pro
batũ est tussim suspiriũq; sanare. Alia. Sulphur uiuũ & rosmarinũ cũ melle
et uino ueteri per sinistram narẽ digeris. Aliquanti panacis radicẽ detritam
cũ uini optimi hemina, et tribus cyathis olei, per cauernas naris sinistræ in-
fundunt. Preterea rosmarini ℈ 4. myrrhæ scrupulos 2. cũ uini ueteris sexta
rio, olei hemina, per nares triduo defundũt, ita ut in die detur hemina Aneti
acetabulum, iris illyricæ acetabulũ, rutæ scrupulũ 1. olei heminã dimidiã per
os digerũt. Suspirium quoq; ac tussim releuat, si radicis mori scrup. 1. herbæ
heliotropij uncias 3. diligenter cõteras, & cũ hemina uini candidi per os de-
fundas. Recens quoq; tussis expimẽto curationis sedatur. Lentis sextariũ se
mis emolis, farinãq; mollissimã facies, ex qua singulas heminas cum singulis
heminis aquæ per os per triduũ digeres Vetus aũt tussis aboleri creditur, si
cyathis

cyathos tres ex succo porri cum hemina olei pluribus diebus per fauces defundis. Tußientes ac uulsi hac potione curãtur: panacis radicis uncias 2. sulphuris uiui unciã 1. thuris masculi uncias 2. myrrhæ triglodytis unciã 1. commixta in puluerem rediges, ex quo duo cochlearia cũ duobus ouis, addita ui ni ueteris hemina, diebus quinq; uel sepiẽ per os dabis. Expertũ dicitur, ulmi cinerem leuißimũ. i fauillã aqua tepenti pmiscere, & olei boni æquã mẽsurã addere, iunctisq; tribus ouis, diebus quot uolueris dare per fauces.

Ad uomicam & tussim. Caput .LXIX.

VAlidißima contra tußim & uomicas compositio est: succi marrubij expreßi heminam, caricas siccas xxv. mellis attici uel cymini sextariũ semis, in olla noua ad mediũ decoques, post myrrhæ troglodytis uncias 2 dauci unciã 1. caßiæ fistulæ unciã semis, cinnami semunc. thuris masculi unciã, aristologiæ uncias 2. opopanacis unciã, iris illyricæ unciã semis, radicis panacis unciã, uniuersa cõterito atq; cribrato, & supra medicamẽto in quo mel et ficus coxeris mittito, et studiose agitans feruere facito paulatim carbonibus lentis, post in pixidẽ plũbeam uel ligneã cõdito, ex qua bina cochlearia cũ hemina uini p os quotidie digeres. Vulsis uel tußiẽtibus prodest singulos sextarios lentis, fœnigræci, & lini seminis frigere separatim et puluerem facere, et de singulis speciebus singula cochlearia cũ succo anagallici, et succo plantaginis quantum uolueris addito uino per os dare.

Diuersæ potiones uulsorũ & tussientiũ. Cap. LXX.

VT diuersæ causæ sunt, ita et difficiles curæ. Quapropter studiose quæ expimẽtis nostris uel aliorũ pbata cognouimus intimamus. Ad unũ itaq; aĩal talis potio præpatur: fabæ frixæ sextariũ sine sale cũ aqua decoqs quẽadmodũ hoĩbus cõsueuit apponi. præterea fœnigræci sextarium sepatim mittis in çacabũ, et cũ feruere cœpit primã aquã fundes, post addis aquæ sextar. v. caricas xx. ligritiæ unc. 2. tantũ ferueat donec 4. sextarij remaneãt, tũc fabã istã coctã, et fœnigræcũ, cũ caricis uel ligritia in mortario diligẽter deteris, addis insup butyri, sepi hircini ãn unc. 2. ad calorẽ diligẽter resolutas. q̃ cũ oĩa miscueris, addito iure in quo fœnigræ. decoxeris tepefacta p cornu plus q̃ singlas hemĩas diebus singlis faucibus digeris. q; si spißiorẽ uideris potionẽ, tantũ paßi addis ut poßit p cornu exire. Barbarorũ usus aduersus tußim inue

inuenit salutare remedium. Radicē herbæ, cui nomē est enula, quā cāpanam plærique appellant, colliges, in umbra siccabis, postea deteres, in puluerem rediges, ex quo terna maiora cochlearia in singulos sextarios uini ueteris pridie infundis, & cum bene agitaueris claudes, ne odor herbæ salutaris exhalet, per os triduo, uel quot uolueris diebus digeres. Item alia. Lentis alexandrinæ, fœnigræci, lini seminis heminas singulas decoquis, addisque ei tragāti unciā semis, pridie in tepida infundis, & anagallici uncias 3. diligentissime resolutas, quæ cum omnia in mortario triueris, in cacabo nouo cū tribus aquæ sextarijs decoques, exinde tertiā partē cum sextario passi tepidū per os dabis triduo continuo sanare creditur uulsos. Si iumentum ex uulneribus faucium tussis urgebit, iris illyricæ unciā 1. piperis nigri semunciam, succari ℈. 1. myrrhæ troglitis semunciā, thuris pollinis semunciā, traganti prius infusi & triti unciā 1. oua quinque cum passi sextario cōmisces, & triduo per fauces digeris ad cornu. Post mel, butyrum, axungiā, salem & piculam cōmisces, offas facies, & in passo intinctas digeras. Si ab internis tussierit, succi ptisanæ heminā, defruti cyathū misces, & per triduū dabis. Si grauius tussierit animal, fabæ frixæ & coctæ sextariū, seui hircini uncias 3. allij capita tria pariter decoquis, & in mortario deteris, & cum passo dabis. Curat aūt uulsos & ruptos, fœnigræci sextariū 1. cum xx. caricis fasciculo apij, & fasciculo rutæ in aqua ad mediū decoquis, ita ut postmodum traganti resoluti uncias tres, & anagallici contusi uncias 3. allij tres addātur, & oīa cōterantur, offulisque ad nucis magnitudinē factis, ternæ, quinæ, septenæ p triduū digerūtur

De Scabie. Caput .LXXI.

SCabies iumentis deformē passionē, et interdum periculum generat. Cōtagiosa nanque est, et transit in plures. Cui nascenti medicamentis nō oportet occurrere, ne præclusa cute in uisceribus residens cōuertatur in morbum. Sed ut eruperit foras, primo purgatio uentris adhibetur, si puluerē ex radice cucumeris syluatici cum uino faucibus aīalis infundis, uel certe si radicem cōcisam copiose cum hordeo subministras. Quod cum ex ratione processerit, interposito triduo, aliquātulum sanguinis, si caput et collum scabies infestat, de ceruice detrahes. Si uero scapuli uel armi aut pectus in causa est, de brachiolis sanguis emittitur. Cum spinā, uel lumbos, aut coxas pabulis æstuans contagio peruaserit, de femorū uenis sanguis emittitur, Asphaltum,

sulphur

ſulphur uiuū, picem liquidam in butyrum æquis pōderibus pariter deteris, & in ſole diutiſſime cōfricans totū iumenti corpus perungis, aceti acris ſextariū, piculæ uncias 4. cedrinæ unc. 4. pariter decoquis, ſcabioſum aīal ex lotio humano et calida permixta diligentiſſime perfricaturus, tunc penicillo in fuſte ligato medicamentū inducis in ſole, aſphaltū et ſulfur æqualiter conteris addita adipe porcina, & olei ueteris tantundē, quæ cū decoxeris, perunges in ſole. Adipis librā, ſulphuris uiui uncias 2. bituminis unciā 1. olei ſelibrā, picis liquidæ cyathos 2. omnia conteris & decoquis, & perungis ſicut ſupra ſcriptum eſt. Lotij ueteris humani fecis ℈ 4. ſtercoris ouilli ſelibrā, olei heminam, ſulphuris uiui uncias 3. picis liquidæ cyathos 3. oīa contere & decoque & in ſole calido animal ſemel in die perunge. Bituminis pondo duo, ſulphuris uiui ſelibrā, ceræ librā, mānæ thuris ſelibrā cōmiſces in oleo in quo prius faſciculus aricuſæ decoctus eſt, & perungis in ſole. Alia. ſi minus habeat integras uires, Ranas in aqua decoquis, unctamq; earū colligis, & cum polline lenticulæ, adipe et oleo permiſces, tepefacto perungis. Itē alia. cucumeris ſyluatici radices lauas & tundis in cacabo nouo cum oleo quātum ſufficit decoquis et uteris. Sulphur quoq; cū uino decoctū ſimiliter iuuat. Si uetuſtate ſcabies occalluit, prius obradenda ferro uel teſtis ad uiuū eſt, inſuper humano lotio cū aqua marina uel ſalſa mixto confricandum eſt, poſt ſulphuris, bituminis, picis liquidæ, axungiæ ueteris, ſepi caprini, ceræ, aluminis ſpiſſi ſingulas libras contūdis, miſces, & decoquis, & ſic aīal perungis in ſole. Folia de rodedafnes eum oleo uetere decoques, addita pice liquida, & aceto, et cera, certum eſt de experimento remedium. Memineris tamen in omni unctione, contra pilum iumentum in ſole diutiſſime confricandum.

Si animal fœno malo lædatur. Caput .LXXII.

Viciatum aliquoties uel modicum fœnū ad ſimilitudinem ueneni aīalibus nocet, quorum iſta ſunt ſigna: Oculos habebunt uagos & ſemp micantes, ipſe gradus eorū erit incertus His de matrice auferendus eſt ſanguis, de brachiolis flebotomandi ſunt, & potionandi ita, Caricis in uino odorato decoctis, rurſum detritis, abſtinendi ab hordeo & fœno. dandæ etiam duriticiæ potiones.

Si hordeo malo lædatur. Caput .LXXIII.

Simili obſeruatione curātur, quæ nimio hordeo aut malo læduntur. Sed

 hæc etiam

hæc etiam in aqua frigida aduersus torrentem diutißime detinentur. Vtriq; remedium est, pelliculam de uentre pulli siccatã fumo deterere, additisq; octo scrupulis piperis, & quatuor cochlearibus mellis, & uncia pollinis ex thure, cum sextario uini ueteris tepefacto per os dare.

Ad Fascinum. Caput .LXXIIII.

FAscinatum animal triste est, grauatur incessu, macescit, & nisi subueneris incidet in morbum. Bituminis igitur & sulphuris parũ cũ granis lauri ex aqua defundis p nares. Præterea coriandrũ uel semẽ ipsius cũ sulphure & teda carbonibus circũferes, ex aqua feruenti animal consperges suffumigabis. Vniuersis quadrupedibus remediũ præstat ista suffumigatio, curat atq; morbis resistit.

Remedium contra omnes moibos. Ca. LXXV.

ADuersus uniuersas infirmitates & morbos equorũ uel boũ, ubi primũ cœperint ægrotare potio ista succurrit: Radix scyllæ, radices populi, quæ græce appellatur rhamnos (nã est fuscior & nubellula) & sales cõmunes quãtũ sufficit mittes in aquã, eãq; aĩalibus usq; ad sanitatẽ dabis in potu. Quod si desperatas ualetudines præoccupare uolueris, ne unq̃ accidãt aĩalibus tuis, incipiẽte uere hãc illis præparabis potionem, & per xiiij dies continuos dabis in potu.

Si aĩal lædatur cũ accipit potionẽ. Cap. LXXVI.

als(salent) OSten lendũ aũt est potiões ipsas oportere curatione defundi. Siqdem frequẽter euenit, ut dũ aĩalia potionãtur tußiant (sudẽt) grauiter, et tremorẽ mosculorũ oĩm patiantur, follientes, & submisso capite se sustinere uix possunt. Qđ accidit si quando per imperitiã artis dantis, potio in arterias & spirituales partes pulmonis resilierit. unde fit & piculũ præsens. Quare obseruandũ est ne tußienti iumẽto et pendenti adijcias potionẽ, sed statim eũ soluas, paululũq; deambulet, & magis ei alia potione subuenias: aquæ tepidæ oleũ rosatũ cõmisces & agitas, & per os sæpius dabis. Pusca quoq; puleiata nares eius fouebis, & emendabitur culpa. Obseruandũ quoq; est, ut subtracto hordeo, & negato potu digerit animal potiones.

Si aĩal mordeatur à uenenatis bestiolis. Ca. LXXVII.

Plerunq;

PLærunq; à nociuis aïalibus .i. à colubris, ſcorpijs, ſphalangijs, & muribus cæcis aïalia feriuntur, & in periculũ ueniunt. Cuius iſta ſunt ſigna: faſtidium ciborũ, pedes trahuntur, & cũ producuntur ſuccũbunt ad ſingulos greſſus, per nares defluet ſanies, grauedo naſcitur capitis, ita ut deijciatur ad terrã, ad ſurgendum uel incedendũ deficiũt corporis uires. Generaliter curatio iſta ſuccurrit: Locus qui percuſſus eſt ante oĩa fumigandus eſt ſuccenſis teſtis ouorũ gallinæ, quæ prius infundes in aceto, addito etiã cornu ceruino uel galbano. Poſt fomentũ loca ipſa ſcarificabis, & ſanguinẽ ex his emittis, Vel certe candenti ferro comburis loca uenenata quæ peſtis attigit. Obſeruare aũt debes, ne aut ſupra articulos aut neruoſis in locis in quacunq; paßione unquam cauterium imponas. Aduſtis enim neruis uel articulis, perpetua debilitas conſequetur. Sed diligenter conſidera, ut aut ſuperius aut inferius puſillum quàm nerui aut articuli ſunt, cũ neceßitas fuerit, apponas cauteria. Animal aũt quod uenenata beſtiola tetigerit expedit ut ſudet, et calidis coopertorijs inuolutũ deambulet, & farinã hordeaceã in cibo ſumat, additis frondibus fraxineis & uitibus albis. (credo) In plaga aũt mel atticum uel cyminũ in uino ueteri mixtum calefactũ oportet imponi. Nõnulli ſtercus ſuillum recens & mel atticũ cum uino miſcent, et calefactum quaſi cataplaſma inducunt, addentes urinam humanam.

Si buſtrepem aĩal comederit in fœno. Ca. LXXVIII.

EQuus ſi buſtrepẽ comederit in fœno uel in pabulo, hæc ſigna ſtatim ſequuntur; Venter ei inflatur, à cibis reſilit, & ſtercora minutatim et frequenter reddit: qui ſtatim ſternendus eſt, et cogendus ad curſum. Poſt ei uena tangenda eſt de palato leuiter, ut ſanguinẽ ſuũ defluentẽ tranſglutiat, aßidue deambulet, triticum cum paſſo infuſum & porros adferes ad cibandum. Vinum autem tepefactum cum uua paſſa diligenter contritum ad cornu dabis eidem in potu.

Si uipera animal percuſſerit. Cap. LXXIX.

VIpera ſi momorderit iumentum, ex morſu eius pus conſueuit exire. Nam ſi prægnans erit, totum rũpitur corpus. Ad morſum tamen uiperæ, uel ſphalãgij, aut muris aranei, cõe remediũ eſt, terrã formicarum cũ uino miſcere et dare per fauces: Vel certe de ipſa terra frequẽtißime

uulua cōfricare. Ad quas causas etiā terra talpariū creditur posse prodesse. Quod si in itinere aut in locis ubi desit copia fumētorū necessitas ipsa contingit, piperis grana .xxx cum sextario uini ueteris tepifacto faucibus digeres, & herbam thymū tritam cum uino si dederis prodesse creditur. Morsus uiperae uel cuiuscunq; serpētis ostenditur, si humor putidus de plaga incipit currere. Praesens remedium est, si hedum uel gallum uel agnum in recenti occideris, & calentes pulmones eius cum sanguine, uel corde, uel iecore uulneri apposueris, diligenterq; constrinxeris ut omne uirus educat. daturus continuo potionem: aceti pontici semiunciam tritā cum uini ueteris sextario, salis triti hemmā pariter misces, & tepefactum faucibus digeris. Si perseuerat tumor, uitem albam syluestrem copiose comburito, et ex cineribus eius lixiuiū facito, & in potionem triduo ad unum sextariū dato. Cinerem quoq; ipsum cū aceto in modū cataplasmatis uulneri imponito. Si nihil profecerit, cauterijs urito, usta solenniter curato. Farinam quoq; hordeaceam cū uino & sale, oleoq; decoctam in cicatricem oportet imponi.

Si araneum comederit. Caput .LXXX.

IVmentum si in pabulo araneum comederit, haec erunt signa: Totum corpus tumebit, sed circa auriculas, & oculos, & nares inflatio cū indignatione maior apparet, cui hac ratiōe subuenis: De palato sanguinem tollas, eumq; exceptū cū sextario aceti & hemina salis miscebis, et circa plagā uel loca tumentia punges, diligēterq; operies ut sudet. hac rōne sanabitur.

Si sphalangius percusserit. Caput .LXXXI.

SI sphalangius iumentum percusserit, his apparebit indicijs: Stat ei nec retrum prae dolore, & uidebis uelle mingere, cui ista ratiōe subuenies: piperis unciam i piretri unciam, uuae syluaticae unciam, terito, & cum uino ueteri per fauces dato.

De mure araneo. Caput .LXXXII.

MVs araneus pestis uenenata, & tam equis quàm bobus noxia, atq; ideo cum captus fuerit mersus necabitur in oleo, ibiq; in putredinē uertitur, ex quo medicamento cum animal mordetur, p'aga linitur, & curatur animal. Vel si inuentus non fuerit, cyminum tritū cum pice liquida.

quida axungiaq; miſcetur, ad ſpiſſitudinē malagmatis coquitur, impoſitaq; à periculo liberat & ſanat. Quod ſi in ſuppurationē fuerit plaga conuerſa, lamina ferrea candenti aperiēda eſt, & quicquid uitioſum eſt inurendū, atq; ita pice liquida uel oleo curādum. Ne aūt mus araneus aīal mordeat, ipſum animal uiuū de creta circundabitur, quæ cum indurauerit, ſuſpēditur in collum, & non contingetur à morſu certiſsimum eſt. Aduerſus morſum comprobatur, allium tritum cum nitro, & ſi nitrū defuerit, cum ſale et cymino permiſcere, atq; ex eo puluere loca, quæ morſu contacta ſunt, cōfricare. Quod ſi eruperint uulnera uenenata, hordeum combuſtū in puluerem rediges, & diluto aceto uulneri inſperges, & hac ratione ſola curabis. daturus potionē, pollinem tritici, hordeū, cedriam, & uini ſextariū per fauces digeres. Quod ſi prægnans mus araneus fuerit qui percuſſerit, his agnoſcitur ſignis: Puſtulę per totum corpus exeunt, ſed ſimili, ut ſupra ſcriptū eſt, ratione curabitur.

Ad ictum ſcorpionis. Caput. LXXXIII.

Scorpius ſi iumentum percuſſerit, his agnoſcitur ſignis: Genua cōtrahuntur, claudicat, non manducat, de naribus fluent pituitæ uirides, ut accumbit uix reſurget. Simili ratione curatur ſicut ſerpētis ac uiperæ morſus: ſtercus tamen aſininū uelocius in plagam oportet imponi.

De morſu canis rabidi. Cap. LXXXIIII.

Canis rabioſi morſus & iumentis, & hominibus exitium inferre conſueuit, uſq; eo ut ipſi qui contacti fuerint hydrophobos faciat, & conuertat in rabiem: qui hac ratione curatur: Locus qui morſus eſt, ferreis, uel quod utilius eſt, cuprinis cauterijs uritur, in loco tenebroſo eum cōſtituito. Sic etiam eum adligabis in tenebris ne quicquam uideat. Quod ſi canē ipſum occidere poteris, iecur eius decoctum dabis ad manducandum, uel detritum faucibus digeres. Fœni quoq; flores combures, & cum axūgia ueteri deteres, & ad morſum appones, ſalutare remedium eſt. Sed ſpecialiter prodeſt, ſi radice cynorhodon, id eſt, herbæ quæ appellatur roſa canina effoderis, & lotam prius atq; cōtuſam diligenter, ſiue homini ſiue animali, quod rabioſus canis momorderit, in plaga appoſueris, contritamq; cum uino ueteri propinaueris quotidie ad bibēdum. Hac enim ſola ratione nec hydrophobus fiet, & imminens crimen euadet. Canis rabidi morſibus ſubuenit, ſi tres anni

tri, iudaici bituminis scrupulum unũ tritum cum hemina uini ueteris tepentis triduo per os digeras. Samsuci quoq; grana uel succũ de folijs aut de cortice exprimes, & cum uino ueteri dabis in potu. Sed tunc efficax est hæc potio, si de eo samsuco dederis, quæ nõ in terra, sed in alia arbore fuerit innata.

Si stercus gallinæ animal comederit. Ca. LXXXV.

SI fimum gallinarum animal in hordeo comederit, uel fœno sumpserit, quasi á uenenatis bestijs percussum cruciatur continuo, internorum dolor & inflatio subsequitur, ad similitudinem quoq; strophi et uolutatio ac tussis asperrima. Aduersus quã necessitatem, apij seminis deteris uncias 2. & cum uini ueteris sextario, & hemina mellis temperas, & per os defundis, & tam diu deambulare cõpelles, donec potio uentrem moueat. Quod si nimius dolor etiam obroborato fuerit subsecuta, baccarũ lauri librã, nitri selibram, aceti sextarios duos, olei sextariũ, diligenter trita permisces, & ad focum calefacies, & in loco calido per triduum unges, & contra pilum diligenter fricabis, certissimum daturus ex sudore remedium. Aduersus huiusmodi casum physicum remedium experimenta docuerunt; Pullum si occideris uel gallinam, uentremq; eius crudum & adhuc calentem cum stercore suo equo uel mulo inuolutum melle digerere per fauces, optimum creditur. Tres pillulas gipsi cum uino ueteri deterere, & tepidum per os dare, eadem optime sanare firmatur. Lixiuium quoq; de arbore ulmi, uel cuiuscũq; generis ligni cinerem, dummodo bene cretum, cum oleo miscere, ac liquidum & tepidũ defundere per fauces, physicum & salutare laudatur.

FINIS LIBRI TERTII.

Caput
frons
aures
cerebra
Supercilia
oculi
nares
maxille
dentes
molares
caninos
rapaces
palatum
fauces
guttur
lingua
labra

pectus
aluus
Coste
gamba
coxa
tibia
crura
testes
aqualiculus
intestina
colon
ileo
uesica
uirga
dorsum
clunes

Ceruix
spondilia
renes
spatule renu
lumbi
armus
spina
musculus
Coste
iuba
armi
ungule
ungula
gemma
pastarie
tibie
articuli
bases

corone
ramule
pumices

VEGETII RENATI ASTIS VETERINARIAE LIBER QVARTVS.

DE NVMERO ET POSITIONE ossium. Caput primum.

IVMENTVM IGITVR HABET in capite ossa duo, à fronte usq; ad nares alia duo, maxillaria inferiora duo, dentes quadraginta .i. molares xxiiij. caninos viij. rapaces xij. In ceruice autem sunt spondili vij. spatulæ renũ sunt octo. à renibus usq; ad anum septem, muscarium habet commissuras duodecim. In armis prioribus sunt ragulæ duæ. Ab armis usque ad brachiola duo. A' brachiolis usq; ad genua duo. In genibus parastaticæ duæ. à tibia usque ad articulos duo, bases quæ appellantur numero duæ, usq; ad pumices ungulæ ossa minuta sedecim, in pectore unum, Costæ tamen in interioribus triginta sex Item à posterioribus à (cumulari) usq; ad molaria duo, à molaribus usque ad uertebras duo, costales duo. Ab acrocolefio usque ad gambam duo, à gamba usq; ad cirros tibiales duo, minuta usque ad ungulas sedecim. Et sunt ossa omnia centum septuaginta.

al's(columellari)

ossa .170

De numero & qualitate membrorum. Ca. II.

NVnc mensuras numerũq; membrorũ oportet exponi. In palato gradus sunt xij. longitudo linguæ habet pedem semis, labrũ superius habet uncias sex, inferius uncias quinq;, maxillæ singulæ uncias denas, à cirro frontis ad nares habet pedẽ, auriculæ singulæ cõtinent uncias senas. In oculis aũt singulis. unciæ quaternæ. à cirro ubi desinit ceruix usq; ad mercurium continẽtur calculi octo, Spina continet subterspatulas triginta duas, à commissura renũ (quod cumulare dicitur) usq; ad imũ muscariũ cõmissuræ. sunt xij. Sagulæ longicia uncias xij. ab armis usq; ad brachiolũ uncias vi. à

brachiolis

brachiolis usq; ad genua longitudo cõtinet pedem. Ab articulis usq; ad ungulas uncias 4. In longitudinem uel prolixitatem pedes sex. Hæc cumetria equi conuenit staturæ honestæ ac mediæ. Cæterum non dubitatur in burricis minora ista, & in primæ formæ equis esse maiora.

De numero & qualitate neruorum. Cap. III.

NEruorum quoq; numerus, qualitas, ac mensura pandenda est. A' medijs naribus per caput, ceruicem, ac mediam spinam, usq; ad imum muscarum descendit filum duplex, quod continet pedes duodecim. Duo nerui in ceruice palmarij continent pedes quatuor. Ab armis usq; ad geniculũ nerui duo. à geniculo usq; ad basim nerui quatuor. In prioribus sunt nerui decem, in posterioribus decẽ. A' renibus usque ad testes nerui quatuor. fiunt in se omnes nerui triginta quatuor.

nerui .34.

De qualitate uenarum. Caput IIII.

COnsequenter uenarum quoq; indicandus est numerus In palato uenæ sunt duæ, suboculares duæ, in pectore duæ, de brachiolis duæ, de subcirris quatuor, de talis duæ, de coronis quatuor, de feminibus quatuor, de femoribus uero duæ, de subgambis duæ, de muscario una, uenæ matricis in ceruicibus duæ. fiunt pariter uenæ xxix.

venæ .29.

De indicijs & ætate equorum. Cap. V.

AEtatem iumentorum ex dentibus alijsq; signis oportet agnosci, ne ue lamentis imperitiæ subeamus incõmodum, uel curantes ægrotantis ignoremus ætatem. Quia sicut hominibus, ita & equis, aliud conuenit, cum iumenta sunt feruida, aliud cum senectute iam frigida. Manifestum est autem notas corporis cum ætate mutari. Pullis enim bimis & sex mensiũ medij dentes superiores cadunt, quos lactantes uocant. Cum aũt quartũ annum agere cœperint, decidentibus his qui canini appellãtur, alios supponẽt. Deinde intra sextum annũ molares cadunt. Sexto anno quos primo mutauit ex equat. Septimo omnes explentur æqualiter, & ex eo cauatos habere incipiunt dẽtes, nec postea quot annorum sint scire ad fidẽ nullus potest, nisi signis alijs, quæ usus edocuit. Decimo nanq; anno tempora cauari incipiũt, & supercilia nonnunquã canescere. Duodecimo anno nigredo in medietate dentium

Ætatem [illegible] agnoscere

ætatis notitia post septimum annum

dentium apparet. Plerique adserunt, domitis et freno assuetis animalibus rugas, quæ in labris sunt superioribus computandas, ita ut ab angulo ubi cœperit morsus incipientes, usque ad extremū labrum perueniamus. quia annorū numerū, rugarum ostendit. Postremo, rugarum multitudine, tristitia frontis, deiectione ceruicis, pigricia totius corporis, stupore oculorū, palpebrarumque caluicie senectus ipsa se prodit.

De signis quibus cognoscitur patria. Cap. VI.

IN permutandis equis uel detrahendis, maximam fraudem patriæ solet afferre mendaciū. Volentes enim charius uendere, generosissimos fingūt. Quæ res cōpulit nos, qui per tam diuersas & longinquas peregrinationes equorū genera uniuersa cognoscimus, & in nostris stabulis sæpe nutriuimus, uniuscuiusque nationis explicare signa uel merita. Nam ut uiliora ministeria taceamus, equestribus usibus uel maxime necessarios cōstat prælijs circeis, uel ad bellum hunnuscorum longe primo docetur utilitas patientiæ, laboris, frigoris, famis toringos. Deinde & Burgundiones iniuriæ tolerantes. Tertio loco Frigiscos, non minus uelocitate quàm cōtinuatione cursus inuictos. Postea Epirotas, Samaricos, ac Dalmatas, licet contumaces ad frena ac uiles, armis ac bellis assueuerant cruribus. Capadocū gloriosa nobilitas Hispanorū par uel proxima in circo creditur palma. Nec inferiores propè Sicilia exhibet circo, quamuis Aphrica hispani sanguinis uelocissimos præstare cōsueuit ad usum sellæ. Persis prouincijs omnibus præstat equos patrimoniorū censibus æstimatos, tam ad uehendum molles & pios incessibus, nobilitate pretiosos, sequuntur Armeni atque Saphareni, in qua nec Epirotas Siculosque despexeris, si mores ac pulchritudo nō deserat. Hunuscis grande & aduncū caput, extantes oculi, angustæ nares, latæ maxillæ, robusta ceruix & rigida, iubæ ultra genua pendentes, maiores costæ, incurua spina, cauda syluosa, ualidissimæ tibiæ, paruæ bases, plenæ ac diffusæ ungulæ, ilia cauata, totumque corpus angulosum, nulla in clunibus aruina, nulli in musculis thori, in longitudine magis quàm in altitudine statura, propensior uenter exhaustus, ossa grandia, macies grata, & quibus pulchritudinem præstet ipsa deformitas, animus moderatus & prudens, & uulnerū patiens. Persis & statura, & positione à cæteris equorū generibus nō plurimum differt, sed solius ambula

turæ quadam gratia discernuntur à cæteris, gradus est minutus et creber, et qui sedentem delectet et erigat, nec arte doceatur, sed naturæ ueluti iure præstetur. Inter colatorios enim, & eos quos totonarios uulgus appellat, ambulatura eorum media est, & cum neutri sint similes, habere aliquid creduntur ab utrisq; commune sicut probatum est. In breui amplius gratiæ, in prolixo itinere seuior patientia, animus superbus, & nisi labore subiugatus, aßidue aduersum equitem contumax mens, tumens, prudens, et quod mirum est, in tanto feruore cautißime decoris est obseruantior, incuruata in arcum ceruix, ut recumbere uideatur in pectore.

De temporibus uitæ. Cap. VII.

AEtas longæua Persis, Hunnicis, Epirotis, ac Siculis: breuior Hispanis ac Numidis. Frequens opinio est Barbaricis nulla adhibenda medicamina, quod usq; adeo naturæ beneficio ægroti cōualescant, ut eis nocitura sit cura. Sed falsa erat ista persuasio. Nam quanto fortiora membra sunt, tanto diutius uiuunt, si ex aëre uenientibus medela non desit. Spadonibus tamen inter authores constitit sanguinem de matrice nunquam, nisi forte ex nimia & extrema neceßitate, tollendum: propterea quod caloris maximā partem cum testibus amiserunt. De palato tamen si non impediat negligētia, omnibus propè mensibus tam spadonibus, quàm testiculatis, minuendus est sanguis. Admissarij uero si cohibeantur à uenere, ubi de matricului fuerint, cæcari sæpe dicuntur. Quamuis eo anno quo admissam faciunt, non sit eis uena laxanda, ne generationi intentum corpus cura geminæ neceßitatis exhauriat. Studiosis equorum, quæ cura stabuli, qui alimentorum cultus, quæ obseruatiōis sollicitudo præstanda sit primus ac secundus indicat liber. Nūc decursis omnibus his, quæ huius artis doctrina poßulet, ad compositiones necessariarum potionum medicamentorumq; descendimus, in quibus & explorata congeßimus, & ea quæ non tam ad utilitatem curandi, quàm ob caritatem emendi Mulomedicorum cupiditas instauerat submouimus. Constat namq; non tam multis neq; pretiosis speciebus, sed paucis, et ad causam de qua agitur accommodis posse sanari. Primum igitur ut pinguia sint iumenta tam in currilibus quàm in sellaribus decet, deinde ut sana permaneant, post ut ægrota curentur, confectiones (ut dictum est) medicaminum proferemus

electas

electas ex authoribus multis, de experimentis manifestißimis approbatas.

Potio ad reficienda animalia. Ca. VIII.

TRaditur Chiron ad reficienda iumenta uel curanda, hanc ædidiſſe potionem, quæ internos extergeat morbos, quæ tußim reprimat, uulſos ac tußicos curet: Ptiſanæ ſextarium, lini ſeminis heminam, croci unciã unam, inteſtinum porcinum recens, quod longanonem uocant, prius diligenter lotum, uel acronem; quæ ſi in præſentia forte non ſuppetunt, hedinum caput cum pedibus & inteſtinis ac uentre, & diligenter quaſi ad hominum uſus curatum, in cacabum mittis, addes ſuperioribus hyſſopi faſces duos, cochleas germanas purgatas quindecim, bulbos quindecim, ficus duplices uiginti, rutæ faſciculum unum, baccarum lauri ſextarium unum tritum, dactylos uiginti, allij purgati capita tria, ſepi caprini uncias ſex, pulegij ſicci faſciculum. Quæ omnia trita decoquis in aqua ciſternina uel cœleſti, donec liquefacta carne defluant oſſa: ſed aquam ſæpius adijcies ne medicamentum uſtura conſtringat Sed cum ſpiſſum uideris, colabis, abiectisq; excrementis & oßibus, tracanti uncias tres pridie calida infuſas ut inturgeſcat & ſolui poßit, adijcies, paßi ſextarios tres, oua cruda ſex, olei roſatij oua plena ſex, butyri reſoluti uncias tres, amygallici uncias tres, amili uncias tres, pulueris quadrigarij uncias tres, lomenti fabæ .i. farinæ ſextarium: hæc omnia ita temperabis, ut per cornu defluant, & ſextarios ſingulos ieiunis animalibus per triduum dabis. Et ſi uolueris ſeptem diebus interpoſitis repetis & das à capite potionẽ. Iumenta à morbis uindicat & cuſtodit: Gentianæ, ariſtologiæ rotundæ, myrrhæ troglodītis, raſuræ eboris, & baccarum lauri æquis ponderibus puluis immixtus, ex quo grade cochleare plenum ſumis, Addes hyſſopi triti ſcrupulos quatuor, mellis uel paßi uncias tres, uini ſextarium, giſni reſoluti paſtillum unum, poſt curſum ſiue poſt laborem conditi bene (piperati) heminam adijcies, æſtate roris uel abſynthij tantundem, & per os dabis ad cornu. Si æſtu animal fatigatur, puſcam cũ pulegio trito miſces, naréſque & faciem confouebis, oua quoque trita cum hemina uini ueteris optimi ſaucibus infundis, ut per oui refrigerium uini uirtus accreſcat. Maciẽ languoremq; depellit, ſi ſemunciã ſulphuris cũ myrrhæ ſcrupulis 4 in puluerẽ reſolutis ouũ crudũ et uini ueteris ſextarius addatur, frequẽterq; p fauces detur.

Chironis Potio · *alia Potio* · al's (præparati)

Diapenton est(ut supra retulimus)necessariũ pluribus causis ac morbis, & semper diligenti cofectione seruandum: Gentianæ, aristologiæ rotundæ, myrrhæ, rasuræ eboris, & baccarum lauri, de recentibus speciebus in unũ redactis minutissimus puluis, ex hoc febrientibus plenum cochleare cũ tribus uncijs mellis, & aquæ tepidæ sextario, in qua radices iunci, & apiũ sufficiẽs decoctum fuerit, per os dabis, ita ut triduo similiter cura procedat. Idem puluis si ultra cochleariũ cũ sextario uini ueteris, & olei uiridis hemina detur, animal à quibuslibet uenenis, uel serpentũ, aut bestiolarũ morsibus liberat. Cui si piperis atq; pulegij, necnon etiã cymini pulueris aliud cochleare addideris, & cũ uini ueteris sextario dederis, omne frigus expellit.

Ad tussim & uulsos. Caput .IX.

ad insanabile tusi curandã

TVssim quoq; insanabilem curat cũ hemina passi, & tribus uncijs olei & ouo crudo, si per triduũ defundis faucibus, addito fabæ polline, & fœnugræco binis cochlearibus. Præterea ualde tussientibus prodest fabæ frixæ sextarius sine sale coctus, sepi caprini unciæ 3. allij purgati capita 3. decocta cum succo ptisanæ, data per triduũ.

aliud medicamẽ

Quo medicamento ualidius creditur: ficus siccæ pondera 2. fœnigræci sextariũ, tracanti unciã, pridie in calida infusa, anagallici unciã, rutæ uiridis fasciculũ, apij fasciculos tres, pariter in aqua diutissime decoques, & faucibus per triduũ defundes.

aliud

Curare etiã uulsos creditur, si septẽ uncias cineris mũdissimi colligas, addasq; olei uncias tres, bulbos tritos vij. anagallici unciã, butyri unciã, sepi caprini unciã, mellis uncias 3 plantaginis uiridis tritæ uncias 3. passi heminã, ptisanæ uel lini seminis heminã: quæ ita temperata ut per cornu defluant, per triduũ, uel ut necessitas cogit per plures dies, ieiunis singulos sextarios dabis.

aliud ad desparatã tussim

Desperatam tussim sæpe curauit potio uilis ac facilis: pulueris ex faba uncias sex, pulueris ex fœnigræco uncias sex, enulæ tunsæ siccæ pulueris uncias 6 pulueris anagallici tũsi uncias 3. butyri uncias 6. quæ omnia cũ tribus boni uini sextarijs additoq; passi sextario uno semis, pariter agitabis, & uni equo ieiuno ante lucem bina cornua per os dabis, donec omnẽ ebibat potionẽ

aliud remediũ

Curã quoq; nõ parũ profuisse experimenta docuerũt, hac ratione compositã: fabæ frixæ sextariũ sine sale decoques, addesq; sepi hircini resoluti uncias 3. butyri uncias 3. in mortario deteres uniuersa, Præterea fœnigræci sextariũ bene purgatũ

feruere

feruere facies, primamq; aquã inter initia feruores effundes, addesq; aquæ sextarios v pinguissimas caricas xx. & liquiritiæ uncias 4. pariter decoquas donec aqua ad tres sextarios redigatur, in mortario deteris fœnugræcũ, liquiritiam & caricas, miscesq; cũ faba, supfundis etiam calidã in qua caricæ cũ cæteris coctæ sunt: cõparatisq; oĩbus si liquor spissior fuerit, tantũ passi addis ut per cornu facile possit exire. diebus plurimis ex eo per os singulos sextarios tussientibus dabis.

Ad cossos, uermes, uel tineas. Ca. X.

COssos, uermes, uel tineas, cæteraq; animalia uentris extinguit, si heminã cineris ex oliuæ ligno arido collecti, cũ hemina olei uiridis p triduũ dabis ad cornu. Alia quoq; confectio, sed quæ sæpe mortiferã liberat passionẽ: pulueris santonici, itemq; absynthij pontici, necnõ lupini crudi, & herbæ centaureæ, & erui pollinis, et seminis raphani binas uncias mittis, addisq; cornu ceruini unciã, sinopidis pontici pastillos tres, opopanacis semiunciã, uini tenetani uel alterius austeri sextarios 2. olei uiridis sextariũ, quæ tepefacta ita aĩali defundis, ut per os cornu accipiat, in cliuo constitutũ, quatenus succus facilius ad interiora perueniat. Postero die idem aĩal pronum constituatur in cliuo, & per clysterẽ illius tepidæ potionis sextarius ingeratur, quatenus alternis diebus ex utraq; parte iniecta potio, coagulare qđ appellatur, possit infundere, in quo illæ noxiæ bestiolæ coguntur, & pertuso uẽtriculo excruciata doloribus aĩalia pereunt. Est et tertia confectio nõ minus ualida; Radicis capparis siculi, uel baccas cũ folijs ad unã librã deteris pariterq; cõmisces, addisq; aceti sextarios 2. Quod medicamentũ interdũ per os (sicut superius dictum est) interdum per intestinũ inijcies animali, ut internos hostes potionis austeritate consumas. alia confectio ad idem

Aduersum omnia genera morborum. Ca. XI.

ADuersum oĩa genera morborũ salutaris confectio præparãda est, ut inter ipsa initia ex cõditis possit occurri. (Causa) enim medicinæ quærenda est: Myrrhæ librã, thuris masculi librã, mali punici corij tunsi lib. pipis uncias 3. croci uncias 3. acatiæ rufæ selibrã (cathimiæ) butro is selibrã, resinæ ustæ selibrã, absynthij pontici selibrã, pulueris serpilli selibrã, betonicæ selibrã, centaureæ selibram, sagapini selib. saxifragæ selib. peuceda al's (Cassa etc.) al's (casmiæ)

ni selib. quæ omnia bene tunsa & cribrata in mellis optimi 3. sextarijs misces, et ad carbones leuiter paululũ coquis, post in uase stagneo uel uitreo condita seruas, ex qua confectione morbidis si febriunt ad diẽ singula cochlearia maiora cumulata cum hemina aquæ tepidæ & olei floris tribus uncijs dabis. Quod si absq; febre sunt morbidi, uel conualescere etiam cœperint, cum uino & oleo plurimis diebus dabis, donec animal liberetur. quàm ualidißimam & approbatam noueris potionem.

Confectio suffimentorum salutaris. Cap. XII.

SVffimentorum compositio fascinum pellit, lustrat animal, fugat dæmones, submouet morbos. Odor nanq; fumi ac spiritus per os ac nares ingrediens, penetrat ad ulcerum omnes recessus, ac curat sæpius loca quæ potiones non potuerunt curare. Etiam in hominibus suffimentorum uapor præcipue sequitur. Denq; desperatos & periculosißimos morbos, aut sicut Mulomedici adserunt, non ex pabulo aut aquarum uitio, sed aëris corruptione descendẽtes. Et ideo facilius languorem quem pestilens morbus ingeßit, suffimenti salubris huius curat adflatus. Ac talis compositio suffimentorum: Sulphuris uiui librã, bituminis iudaici librã, opopanacis unciã. galbani selibrã, castorei selibrã, (ciceris) crudi selibrã, albitis selibrã, salis armoniaci unc. 3. rasuræ cornu ceruini unc. 3. sinopidis unc. 3. gagatis sœiæ unc. 3. lapidis gagatis unc. 3. lapidis ematitis unc. 1. lapidis sideritis unc. 1. lapidis argeritis unc. 1. caballiones marinos 7 stellas marinas 4. pallas marinas 7. caudas marinas 7. ungues marinos 7. uuæ marinæ unc. 3. modullæ tedæ pineæ põdera 3. cedriæ pond. 3. picis liquidæ pond 3. ossa sepiæ 7. hæc siccata pariter deterũtur atq; miscẽtur, ex qbus unũ cochleare, cũ opus fuerit, uiuis carbõibus aspergis, et coopto capite, ut fumũ p os naresq; suscipiat aĩal suffis. Qđ suffimentũ præter curam iumentorum, sanat incurrentes hoĩm paßiones, grandinemq; depellit, dæmones abigit & laruas.

ats (æris)

Compositio pulueris quadrigarij. Ca. XIII.

QVadrigariũ puluerẽ uocãt, q ex diuerso pigmentorũ genere mixtus et p se adiuuat aĩalia, et alijs potionibus pro modo uel curatiõe miscetur. Huius Chiron talẽ cõpositionẽ saluberrimã credit: Tracanti põdera 3. aloës unc. 6. myrrhæ unc. 6. et ℈ 1. costi unc. 1. et ℈ 1. armoniaci un. 1.

Chironis cõpositio

& scrup

& 91.caßiæ unc.1.& 9.gentianæ lib.1.aristologiæ lib.cẽtaureæ lib.betonicæ
lib.saxifragæ librã,samsuci lib.opij lib.abrotani lib eupatorij unc.6. carda
momi unc.6 folij unc.3.spicæ nardi unc.3.spicæ celticæ unc.6.asari lib. dauci
unc.3.castorij unc.6.opopanacis unc.6 galbani unc.6.strutij unc.6. panacis
radicis unc.6.ligritiæ unc.6.absynthij fasces 3.succi herbæ peristerei siccæ et
cribratæ unc.5.hæc oĩa pariter cõteres,et diligentißime in uase uitreo uel sta
gneo seruabis. Pelagonius uero quadrigarij pulueris eiusmodi cõposuit cõ
fectionẽ: Cinnamomi,spicæ syriacæ,spicæ indicæ,croci siculi,myrrhæ troglo
ditis,scieni,pipis nigri,piperis longi,mannæ croci,betonicæ,catiæ nigræ,tri
xaginis,folij,nardi lentici.i.cepe indici,nardi,storacis,acori pontici, thuris
masculi,iris illyricæ,thymi cretici,pipis albi,calami aromatici, asari põtici,
petroselini,mãnæ croci,mali terreni, gẽtianæ,rosæ aridæ,caßiæ fistulæ,enu
læ;oĩa æquis ponderibus pro modo aĩaliũ misces,conteris,cribras,in pixide
uel uitreo dolio cõdis,et cũ opus fuerit,singula cochlearia,uel amplius,si ui-
res patiũtur iumentis singulis dabis,addito uino et oleo.Interdũ alijs potiõi
bus misces,si ratio artis uel cura mãdauerit.

Pelagonii compositio

Absirtus quadrigariũ pulue
rem hac ratione cõposuit;Foliũ,spica nardi,crocus,piper album,piper lon-
gum,piper nigrum,opopanacis radix,caßia nidafantis, caßia marmalitis,
caßia nardina,iris illyrica,apij semen,malum terræ,peucedanũ,sauina, gen
tiana,herba rosina,thymum,myrrha,trixago,costum,thus masculum,gesse
mantium,malum punicum,calamum aromaticum,rosa sicca,ruta agrestis,
petroselinum,aristologia longa,amomum,calamum syriacum, herba arte-
misia;hæc omnia pro numero animalium præparas æquis ponderibus inter-
misces & tundis,cribrásque,& seruabis,aduersus paßiones usurus.

Absirtii compositio

Compositio Caustici. Cap. XIIII.

CAusticum humectata siccat,laxata constringit,luxata parat,læsa cõ
firmat. Huius Chiron talem compositionem demonstrat: Bitumi-
nis iudaici pondera duo, bituminis apollonij pondera duo, mannæ
thuris uncias sex, bdellij arabici uncias duas, medullæ cruinæ pondera
duo,propulei uncias duas,galbani uncias duas, guttæ storacis uncias duas,
ceræ communis pondera duo,resinæ cabialis libram unam,uisci italici un-
cias 3.apoximæ unc duas,succi hyssopi unc.2.guttæ armoniacæ unc.2.picis
britiæ

Caustici utilitates
Chironis causticum

brittiæ librã. Pelagonius causticũ, quod suffusiones uesicasq; siccaret in genibus uel articulis, hac ratione cõposuit: Ceræ punicæ librã, resinæ pondera duo & semis, galbani uncias 3 asphalti iudaici pondera 2. myrrhæ secũdariæ pondera 2. bituminis librã, armonici uncias 6. costi uncias 6. Verũ cætera decoquis in cacabo fictili nouo, qui cum refrixerit, addis asphaltum et armoniacum et costũ pro mẽsura, qua scriptũ est, tritum ad modum farinæ, & agitabis, & iterũ coques ut sit una substantia, quo uteris aduersum uenas & uesicas & suffusiones, quæ nascũtur in genibus, aut in tibijs, aut inter nodos, aut in articulis, usq; eo ut ossulagnem curare credantur. Malagma quoq; causticum hac uoluit ratione componi: Picis pondera duo, ceræ pondera 2. galbani uncias 3. resinæ librã, adipis taurinæ pondera 2. bdellij uncias 7. thuris pollinis uncias 1. resinæ terbentinæ uncias sex, uisci pondera 2. glutis uncias 3.

Absirtus huiusmodi causticum hac ratione composuit, glandularis resinæ frixæ uncias 3. picis duræ uncias 3 bituminis iudaici uncias 3. cuisci uncias 3. galbani uncias 3. bituminis græci uncias 3. hæc omnia in uino decoquis. Bitumen uero contundis & superimmittis.

Compositio malagmæ. Ca. XV.

Compositio malagmæ ad tumores duros & ueteres: Galbani uncias duas, resinæ librã, armoniaci selibrã, picis britiæ selibrã, ceræ librã, olei quod temperare poßit. Item malagma ad tumores duros & ueteres. Galbani libras 2. armoniaci selibrã, resinæ terbentinæ selibrã, opopanacis librã. storacis libram, ceræ rufæ librã, bdellij lib. piperis albi unc. 1. baccæ lauri lib. piperis lõgi unc. 1. picis britiæ selib. olei irini quantũ sufficit.

Compositio Collyrij fistularis. Ca. XVI.

Collyrium fistulare, quod conficitur ut mittatur in fistulas uulnerum quæ ab initio curata fuerint negligenter. Formatur aũt ad mensuram ipsius fistulæ, ut cũ immissum fuerit eadẽ poßit implere, ut celerius iã consumpta duricia, caro uiua ducat solidam cicatricẽ: Misi librã, feculæ lib. eruginis lib calcitis librã, cymini uncias sex, teres cũ aceto, et collyria facies.

Item aliter componitur collyrium fistulare: Misi, eruginis, calcitis, lib. singulas, mellis unc. sex (zungitis) pondera 2. coquas ex uino ueteri, pastillosq; inde facies fistulis inserendos.

Compositio malagmæ crudæ. Cap. XVII.

Calcis uiuæ libras 2. sinopidis alexandrini librã, ficus siccæ uncias 6. axungiæ quantum sufficit, immisces, contundis, & uteris.

Compositio syncrismæ. Ca. XVIII.

Ceræ rufæ pondera duo, resinæ frixæ pond. 2 olei laurini librã, sepi taurini librã, axungiæ libram, medullæ ceruinæ lib. olei cyprini, eruginis, hyssopi, axungiæ ueteris libras singulas: hæc omnia pariter ad carbones decoquis & uteris.

Compositio Traumatici. Cap. XIX.

Traumaticum medicamentũ curationi uulnerũ ualde cõuenit. Nã absumpta putredine, uiuã carnẽ ad sanitatẽ reducit. Huius talis est compositio: Misi librã, calcitis pondera 2. eruginis librã, pariter colabis, & supra tegulam in ignẽ pones, et coques ut rubeũ fiat. Post in mortario teres, & ad similitudinẽ farinæ puluerẽ facies. Deinde duos sextarios mellis in olla noua coquis cũ uino, & cũ feruere cœperit, puluerẽ suprascriptum agitabis, & pariter decoques, refrigeratoq́; ad cancromatas plagas, ad sanitatem & cicatrices reducendas uteris. Traumaticum quoq; hac ratione componitur: Misi, oathimiæ, aloes (acori) libras singulas, eruginis libras 2. calcitis librã, mellis lib. 2. in olla noua decoques, refrigeratoq́; uteris.

Compositio malagmæ Basilicæ. Ca. XX.

Malagmæ quoq; istiusmodi compositio approbata est: Mellis librã, galbani, storacis, bdellij, piperis albi singulas libras, armoniaci pondera duo, medullæ ceruinæ, baccarũ lauri aã libram, thuris pollinis uncias 2. sepi caprini uncias 5.

Compositio alia malagmæ. Cap. XXI.

Malagmæ quoq; medicamentũ hac ratione componitur: Armoniaci uncias tres, ceræ librã, nitri floris unc. 2. resinæ terbẽtinæ põdera duo, storacis uncias 3. baccarũ lauri unc. 6. olei cyprini unc. 3. olei laurini uncias 3. medullæ ceruinæ unc. 6. olei rosati uncias 3. adipis anserinæ uncias 6. hyssopi unc. 4. adipis ceruinæ unc. 6. opopanacis unc. 6. piperis albi unc.

bi uncias 2. galbani uncias tres, axungiæ ueteris libram, aceti acerrimi hemi nam, thuris masculi uncias 4.

Compositio prima anacollimatis. Ca. XXII.

ABsirtus compositionẽ anacollimatis eiusmodi composuit & prodidit: Floris nitri sextariũ, opopanacis uncias tres, croci siculi unc. 2. pipis albi unciã, pollinis thuris unc. 3. cochleas cõtusas x. bulbos xx. auellanas xx. quæ omnia contusa & permixta, si aceto temperaris, diuulsa coniungis. Efficacius tamen est, si locis dolorosis emissum sanguinẽ ipsius animalis addideris. Compositio syncrismæ. Storacis uncias 4. armoniaci unc. tres, medullæ ceruinæ unc. 2 olei glaucini unc. 6. olei cyprini unc. 3. seui taurini unc. 3. resinæ terbentinæ uncias 4. adipis ursinæ uncias 3. adipis leoninæ uncias 4. propulei unc. 3. olei ueteris uncias 6. axungiæ ueteris librã, olei sauirensis lib. opopanacis, galbani unc. 3. hæc ad carbones lentis uaporibus decoquuntur, & unctionem saluberrimam præstant.

Compositio malagmæ crudæ. Ca. XXIII.

COmpositio malagmæ crudæ talis est: ceræ punicæ selibrã, armoniaci selibrã, bdellij unc. 3. storacis uncias 2. sagapini unc. 4. thuris pollinis unc. 6 olei ueteris unc. 4. propulei uncias 2. medullæ ceruinæ unc. 6. sepi taurini unc. 2. resinæ frixæ unc. 2. adipis ursinæ unc. 2. adipis leonis uncias 2. opopanacis, baccarũ lauri aã unc. 2. olei cyprini unc. 4. gentianæ unc. tres, resinæ colophoniæ unc. 6. galbani uncias 6. Itẽ alia compositio malagmæ: Ceræ, armõniaci aã lib. storacis unc. 6. sagapini unc. 3. thuris pollinis uncias 3. medullæ ceruinæ unc. 4. opij hispani unc. 2. propulei uncias 4. sepi caprini uncias 6. galbani uncias 6. picis britiæ unc. 4. resinæ terbentinæ unc. 3. resinæ frixæ uncias 4. aceti acerrimi un. 4. olei lentiscini unc. 6. olei irini un. 4

Compositio malagmæ ad uligines. Ca. XXIIII.

COmpositio malagmæ ad uligines. Salis afri lib. 1. bulbi libram, sulphuris libram 1. misi libras 2. olei lib. his coctis diligenter, uteris.

Compositio malagmæ ad neruos. Ca. XXV.

SVlphuris uiui, aluminis, resinæ, picis britiæ aã lib. 1. ceræ pond. 2. medullæ ceruinæ lib. 1. hæc omnia pariter diu agitas aut uerberas.

Compoſitio Traumatici. Cap. XXVI.

COmpoſitio traumatici. Gallæ unc. 4. æris uſti unc. 3. corticis mali pu nici unc. 3. miſi unc. 4. uini unc. 1. aceti unc. 3. in olla noua excoquis et (uteris.

Compoſitio Collyriorum. Ca. XXVII.

Ompoſitiones collyriorũ Abſirti, Pelagonij, Chironiſq; ſubiecimus.
c Ad album enim de oculis tollendũ & abſtergẽdum Abſirtus tradidit: nuces auellanas combuſtas donec redigantur in cineres, in mortario deteres, addeſq; mannæ thuris idẽ pondus, quæ diutiſsime trita, & melle optimo adiecto cõprehendãtur, & ſic inungatur aĩal. Idem Abſirtus eiuſmodi collyriũ laudat. Piperis albi grana 8. mellis attici unc. 2. croci unc. 2. ſepiæ marinæ (diligenter ſtatiſſim) & rutæ unc. 2. balſami unc. 1. Pelagonius tale collyrium monſtrat (propter). Oleũ, ſal, reſinam, ceruſam, opobalſamũ, addito melle deteris atq; cõponis, alternis diebus inducis uſq; ad ſanitatẽ. Nardinũ quoq; collyriũ hac ratione compoſuit. Violæ unc. 1. ſpicæ nardi uncia ſemis, caßiæ, myrrhæ unc. 3. croci unc. 3. olei cyprini unc. 6. pipis albi unc. 2. cymini unc. 3. Item alia collyria cõpoſuit. opobalſami, croci, myrrhæ, ſalis hiſpani, lepidis, oßis ſepiæ ſingulas uncias, cathimiæ unc. 2. afronitri unc. 1. mellis attici librã. Chiron etiã uetera glaucomata hac collyrij indicat confectione purgari. Cornu bubulini extremũ ubi ſolidũ eſt cõbures, ac thuris maſculi puluerẽ, ſtercoris quoq; humani cõbuſti & ſalis armoniaci pari mẽſura puluerem facies, piper longũ, oſſa ſepiæ, flos eruginis, uetus uinũ, crocus, ruta, pariter detrita cõmiſces, addito optimo melle q̃d ſufficit, & inungis. Aliud quoq; collyriũ ſimile cõpoſuit. Oſſa ſepiæ marinæ, crocus, myrrha, troglodi tis; item ſal ac ſtercus crocodili, hæc oĩa pariter ac diutiſsime deteruntur, & bene trita cernuntur, additoq; optimo melle unctionis utilitatẽ aĩalibus præſtat. Licet parua & propè nulla de his, quæ diuerſi authores retulerũt (præteriſſent) doceamus, tamen quæcunq; uidebantur probata conſcripſimus. Verum ne longior liber confuſionem magis legentibus, quàm inſtructionẽ uideretur afferre, modũ plenum credimus faciendum. Aliud iterum ueruntq; commonentes, ut diligenti cura paßionum occurratur exordijs. Nã etiam incurabiles ægritudines, ſi præſentes fuerint ui, medentis arte uincuntur. Inueteratas cauſas etiam faciles, curari ſæpe nõ poſſe legi.

Abſirtij Pelagonij Chironis compoſitione

Pelagonij

Alia quædam medicamentorum genera.

Cephalicum, *quod facit ad omnia uulnera difficilia claudenda et supplenda: Herbæ panacis radices, thus masculum, myrrham, pollinē erui, rosæ folia arida bene trita et cribrata. hic puluis cōfectus difficilia uulnera claudit accurat. Nunc etiā si melle decocto, & huic medicamēto mixto collyriū facias, et altis sub uulneribus fistulæ subijcias, citius supplere et sanare cogit.*

Medicamentum consuetum, *in usu quotidiano necessarium, propter compendium & moras ita facies: Erugnem, chalcitem, æris florē, æs ustū: hæc bene trita et cribrata æquo pondere catastalticum faciūt, quod carnē supercrescentem comedendo effouet. Hoc idem cum aceto & melle decoctum ad mellis craßitudinem, facies medicamentū, quod facit ad omnia uulnera & cancros elympidanda, & ossa scabrosa.*

Chlora medicamentum, *quod facit ad omnia uulnera complete lympidanda, uel sine difficultate claudenda: cerā punicā, resinam terbentinā medullam ceruinam, erugnem, oleum, ita conficies quantum sufficit.*

Tetrapharmacum, *quod facit ad omnia uulnera elympidanda, & uelocius curanda († ualde per hoc medicamentum catalotieum) Adipē taurinā, cerā, picem, oleū. Igitur medicamentū, quod supra dixi catalotic ū est.*

Glicium, *quod facit ad omnia uulnera sordida et cancrosa: Amurcā, salem, acetum: his mixtis quantum uolueris ad craßitudinē mellis uteris.*

Ossoclare medicamentum, *qđ facit ad oīa oßicula, et († darscus quo loco factum si deijciendum uolueris) Picem liquidam, axungiam ueterē, erugnem bene tritam & admixtam, colas bene coctum, post decoctionē suprascripta purgat uulnera diligenter.*

Stypticum, *quod facit ad omnia uulnera humecta, et fongos exiccandos: Alumen scissum, gallas minores, cortices mali granati, subcorticem de ipsa arbore. hæc oīa trita, puluis ipsius uulneribus exiccādis ualde prodest.*

Medicamentum *quod facit ad omnia uulnera claudenda: Absynthium, sinopidem, lepidam hæc tria bene commixta faciunt medicamentum siccum, quod ad omnia uulnera prodest.*

Implectoricum medicamētum, *quod facit ad omnia caua supplenda: Pollinem thuris, pollinem herbi, lepidam. hæc bene trita medicamen*

t um

tum faciunt ad supplenda uel elympidanda uulnera.

Ad oculorum rupturas & tuniculas seruandas prodest, si fel caprinum lacti caprino misceatur, & sic penna nigra oculi inungantur. Ad oculorum album siue glaucomata sic facies: uini sextarios 4. garioficris sextarium unum, mellis uncias 4. pariter decoquis et uteris. Ad (uecentē) ocularem percussum: Croci, myrrhæ, thuris masculi, gummi, medullæ uerucinæ, anagallici succi, mellis, cardami, binas uncias.

Syncrisma: Ceræ rufæ pondera 2. axungiæ pondera 4. opopanacis uncias 2. olei ueteris pond. 2. galbani unc. 3. myrrhæ pond. 4. armoniæ pō. 3. olei cyprini pond. 4. medullæ ceruinæ pond. 2. hyssopi pond. 2. storacis pōd. 4. olei lentiscini pondera 4.

Syncrisma ad alia genera: Galbani pond. 2. opopanacis pond. 1. ceræ pond. 4 medullæ ceruinæ pond. 3. thuris masculi pond. 2. piperis albi pondus 1. resinæ terbentinæ pond. 3. storacis pond. 1. adipis anserinæ pond. semis, euforbij uncias 6. adipis leoninæ, mellis, castorei, libras singulas, olei myrrhæ lib 2. olei lentiscini pond. 2. olei syriaci lib. 2. olei ueteris lib. 2. olei mellini pondera 2. olei storacis pond. 2. opij pond. 3.

Lipparia sic facies: Spumæ argenti pondus 1. cerusæ uncias 2. uini sextarios 3. olei pondus 1. & semis, omnia conficies, & sic uteris.

Lipparia alio genere sic facies: Spumam argenti, cerusam, thus masculum, acetum album, oleum, hæc omnia in unum conteres, & cum uino mellierato admisces, & sic uteris.

Traumaticum sic facies: Chalcitidis pond. 1. misi pond. 1. semis, eruginis unciā 1. stercoris columbini pond. 1. adarcis uncias 3. & scrupulos 3. decoquis una, et sic uteris. Item alio genere ad flegmonas tollendas; Sinapis alexandrini unc. 6. fici afræ unc. 3. axungiæ ueteris uncias 6. aceti scrup. 3.

Item Traumaticum alio genere ad uerrucas tollendas: Floris chalcitis uncias 2. nitri uncias 2. lasari uncias 3. aceti heminā. Item alio genere ad suffraginosos: Eruginis, aluminis ā pon. 5. herbæ syderitis, ferrariæ pond. 1. aceti acri sextarium unum.

Ad flegmonas discutiendas: Radicis, erui, axungiæ, aceti acris, linis in linteo, & sic uteris.

Causticum ad neruos crassos, uel quæcunq; in notitia sunt; Galbani,

S 3 opopana

opopanacis, medullæ ceruinæ, reſinæ terbẽtinæ, armoniaci, propulei, uiolæ, thuris pollinis, bina pondera, reſinæ frixæ pondera 5. bituminis pond. 3. picis duræ pond. 5. reſinæ pituinæ pond. 5. ceræ pond. 5. olei cerini põd. 3. incomij pond. 2. ſtoracis pond. 2. uiſci pond. 2.

Cauſticum *ad neruorũ dolores: Galbani, ſtoracis, uiolæ, propulei, reſinæ ſingula pond. colophoniæ uncias ſex, reſinæ terbentinæ pond. 6. opopanacis pond. 1. thuris pollinis, hyſſopi, armoniaci, baccæ lauri ſingula pond. picis britiæ pond. 1. et ſemis, uini (inei) pond. 1. ſemis, reſinæ bituminis pond. 1. hæc omnia in uno cacabo coques, in linteolo induces calida.*

Malagmam cocticam *ſic facies; Ceræ albæ, galbani uncias ſingulas, reſinæ terbentinæ pond. 2. adipis taurinæ pond 3. hyſſopi pond. 2. bdellij pondus 1. ſemis, iris illyricæ pond. 2. adipis anſerinæ pond. 1. hæc omnia decoquis & uteris.*

Malagma ad neruorum dolorem, *Ceræ unc. 6. adipis ceruinæ unc. 3. galbani, piperis, armoniaci, reſinæ terbentinæ uncias ternas, tracãti uncias 5. ſingula contundis, permiſces, & uteris.*

Malagma ad neruos uexatos, *Mentæ, galbani, rubricæ, ſtoracis, uiolæ aſſ pond. 6. ſimilagnis pond. 4. hæc omnia cum ſimilagne & uino decoques in cacabo, & liquida facies, deinde ſimilaginem & uinũ in unũ permiſcebis, inlinis in linteolo, & alligabis feruentia.*

Malagma ad tumores *ſic facies; Ceræ uncias 6. adipis ceruinæ uncias 3. galbani uncias 3. uiolæ, piperis albi uncias ternas, armoniaci unciam, reſinæ terbentinæ unc. 3. ſtoracis unc. 3. gentianæ unc. 1. ſingula contundis, poſtea permiſces in uino, & ſic uteris.*

Emplaſtrum, *Ceræ uiridis pond. 1 et ſemis, olei cyprini unc. 9. olei myrthini uncias 2. adipis anſerinæ uncias 2. thuris pollinis unc. 2. hæc oĩa in cacabum mittis, coquis, & linteolis inlinis.*

Cerotum ad ulcera, *(ſtrumenta) pond. 2. ceræ ruſæ pond. x. olei myrthini pond. 6. olei ueteris põdera 8. aluminis pond. 9. olei cyprini pond. decem, calcis pond. quinq;.*

Fomentum ad tumores *ſiue ad duriciam quãlibet ſic facies; cuiſcum ex uino decoctum conteris cũ axungia, & ſic uteris. Si minus, herbã ſauinam cõteris, et ex roſatio concoquis, & ſic uteris ad ſanitatem.*

Compoſitio

Compositio ad colices, *Asari pontici, petroselini, feniculi uncias singulas, piperis nigri uncias 2. marrubij mas. unc. 1. abrotani unciã semis, mellis optimi pond. 2. coques & despumabis, & hæc omnia contundes et cernes, & sic in melle commiscebis, inde figuram facies nucis auellanæ, & ex aqua dabis, et aquæ congiũ 1. in potũ. Item diebus quibus eo morbo tenetur, feniculi seminis cum uino cochlearia tria aut quatuor fricabis in mortario, adijcies uini cibarij sextariũ 1. mittes in ampullam aut cornu, & dabis ut bibat, & cum sagis bene munies.*

Compositio ad colices — rasura

Malagma ad neruos claudos, *Sepi hircini libram, mollicidenæ selibram, resinæ libram, eruginis selibram.*

Malgamo ad nervos claudos

Compositio ad genua. *Aceti hemina, salis pusillum, æris usti selibram, sinopidis quod satis est.*

Potio hyemalis. *Croci, costi, petroselini macedonici, murrhæ, thuris masculi, tracanti, cymini alexandrini, crocomagmæ, piperis uncias singulas, uini & olei quod sufficit (oua) hæc omnia permisces, & dabis cũ succo ptisanæ, cui immittis palmas xxv. bulbos xxv. hyssopi fascem (caprinos adipes catulum breuem uiuum mittis) quem cum madefactum uideris, tunc oĩa exiccabis, & adijcies olei quod sufficit, tũc illa oĩa permisces & potionabis.*

Potio iemalis

Potio æstiualis. *Traganti, croci, abrotani, cardamomi, glaucij, petroselini macedonici binas uncias, gingiberis unc. 1. hæc temperas, & cum dare cœperis, mittis quotidie heminas singulas singulis iumentis. Addes porri sectiui, porcla sil gallici, thus, apiũ, olei afri heminam, temperabis quod sufficit & uteris.* Sed hæc uide lib. 1. cap. 57.

Potio ęstivalis

FINIS.

BASILEAE. ANNO. M. D. XXVIII.

EXCUDEBAT IOANNES FABER EMMEUS IULIACENSIS.

perlegi quinto Kalendas octobres año 1533.

1 18693180

t de illi⁹
are: quã
rẽda su=
ta) pro=
ffet. L. v.
t nicola
t castro
irmanã
ortus:
is: eccle

benedicti
in terris e
in cel[illegible] fi
ref a[illegible]

ulteria fre
clara opa
ugo latoq
) pauca li
ribus vt ex
a dñi pfem
ecet. L. vj.
fie in etate
ut sub ma
getta sari
[illegible]